3 **In quibus rebus** conſiſtat. † In reb. mobilibus, & ſe mouentibus, tm̃, niſi apud ſequeſtrum deponatur. qđ ꝓpriè fit: cũ controuerſia inter plures ſuborta ipſi in ſolidũ certa cõditione rẽ cuſtodiã tradunt, & reddatur. ſ. ei qui vicerit, ſed cum rem cõem plures deponunt, pro parte vtriuſque deponit. deponentes aũt penes ſequeſtrum poſſeſsionũ amittunt, niſi actum ſit expreſsim, vt cã cuſtodię, tm̃ ſequeſtrũ detinet. ff. de verbo. ſign. ſequeſtrum. & ff. eo. l. propriè. & l. pręceden. ei apud quem. §. vltimo. & l. licet. & de act. poſſ. l. intereſſe. ſ. de iudi. examinata. Sequeſter autem ſemel officio ſuo ſuſcepto ſine cauſa non renunciabit, & tunc rarò reſtitue tur veniẽti, imò deponi debet arbitrio iudicis, apud aliquam ædem ſacram. ff. eod. l. ei. §. vlti. & in hoc caſu conuenit actio depoſiti ſequeſtraria, quod eſt adie ctio non proprium nomen actionis. ff. eo. ſi in Aſiam. §. cum ſequeſtro. Debet ẽt ſequeſter ibi rem exhibere, vbi conuenit, ſi alternatiuè habet elect. ſi copulatiuè, vt apud dignam, & ſi Stichum. in omnibus nihil certũ dictum ſit, denunciandum eſt ei, vt apud prętorem exhibeat. vt ff. eo. l. j. apud quem. §. in ſequeſtrum. Solet autem fieri depoſitum cum chirographo, id eſt, ſcriptura q̃ diuidi ſolet per alphabetũ, & vnã partẽ retinet depoſitarius, altera remanet deponenti, vt ex iunctura partiũ probatio fiat, ſed hæc probatio nec iuris eſt, nec de iure: quia priuatæ ſcripturæ non creditur, niſi habeat ſubſcriptionem trium teſtiũ fide dignorum. vt C. qui po. in pig. ha. ſcripturas. & in auth. de fid. inſtru. §. j. & iunge quod nota. ĩ. de fidè inſtru. §. quibus inſtrumentis. [c]

4 **Quis poſsit** deponere. † Is qui commodare: vt not. ĩ. ti. j. §. quis commodare.

Cui detur actio depoſiti. † Ei q̃ depoſuit
5 per ſe vel per aliũ, vel per ſeruum. & ſi plures ſint dñi, cuilibet pro parte competit. ac vt ff. eod. l. j. §. ſi ſeruus meus. & §. ſi ſeru' depoſuit. & §. ſi duorum. Item per ſeruum hęreditarium acquirit hæredi futuro, & ei cui bona fide aliquis ſeruus ſeruit, vel qui in ipſum habet vſumf. ſi tũ rem, quæ ad peculiũ ipſorum pertinet, deponant. ff. eo. l. j. §. non ſolũ. & §. itẽ ſi ſeruus hæreditarius. Datur ẽt furi & ꝑdoni, vt ff. e. l. j. §. ſi prædo. ſed non agent ac. furti: quia nemo ex improbitate ſua talẽ conſequit ac. vt ff. de furt. itaq;. Veruntñ interdictum, vñ vi, aliqñ datur prędoni expulſo de prædio. vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. qui à me. & eſt ratio: quia niſi prædoni daretur, nemini daretur, nõ dño: quia expulſus non eſt, & ideo datur, ne in tuaſio ſecunda remaneat impunita. Sed ſi fur agat depoſiti, & dominus rei ven. cõtra depoſitariũ, potior eſt cã dñi. ff. eo. bona fides. ſic ergo dñs præferendus eſt furti de æquitate iuſtitiæ, quæ ius ſuum cuicunque tribuit, vt ibi dicit. & 12. q. 2. cũ deuotiſsimã. & Inſt. de iuſt. & iu. in princ. Sed cõtrà: quia prohibetur, ne quis extrinſecus interdicat depoſiti reſtitutionẽ. in authent. de depoſi. & denunci. col. 7. reſp. Dñs interdicit nõ extrinſecus, ſed intrinſecus. vel non eſt interdicenda extrinſecus, id eſt, extra iudicium, ſed corã iudice. Itẽ contra. ff. nau. cau. ſtab. l. i. §. Idẽ Põponius. aliàs eſt lex. & incipit, parui. Solutio, ſpeciale eſt in illa act. vt nõ domino, ſed inferenti res reddatur. vel melius: non loquitur in ſure, in quo ſpãle eſt, q̃ nõ ſibi, ſed dño reddatur, & modò ſoluitur aliud cõtrarium. C. loca. & condu. ſi quis conductionis. Sed & ſi fur rẽ ſubreptã apud pro-

[a] *Quid ſit depoſitũ.]* Adde do. in ru. e. ti.

[b] Quũ cuiuſcunq; cõtractus natura diligẽtiſsimè perſpiciẽda ſit, ideo adnectẽda erit hic ex Mart. rubricell. de natura depoſi. Ea, inq̃t, natura eſt depoſiti, vt res depoſita reddatur, hoc. n. de iure naturali ꝓcedit, vt 1. diſt. ius naturale. Hoc tñ fallit 4. caſibus. Primus eſt, cũ q̃s deponit gladiũ, poſtea illũ repetit furẽs, vt 22. q. 2. ne q̃s arbitretur. Secũdus, cũ deponẽs fuerit deportatus: nam tũc bona eius in ſuppliciũ deferuntur. Tertius, cũ fur deponit & repetit. ſed petitio verꝝ dñi cũ furis repetitiõe cõcurrit. Quartus, cũ furẽ furtiuã deponit apud illũ, à quo ſubripuit, vt ff. de poſ. l. bona fides. Aliàs deponẽs ꝓfõt, q̃cunq; voluerit, depoſitũ repetere, vt ff. e. ti. l. 1. §. eſt aũt. extra e. c. ſi. Et hoc ꝓcedit, ẽt ſi eo pacto depoſitũ ſit, vt non, niſi poſt mortẽ depoſitarii, repeteretẽ. ff. e. ti. l. 1. §. ſi. Et ſi nõ illico, & omnib. modis non reſtituatur, condẽnabit depoſitarius, & eo nomine efficit infamis, vt C. e. ti. l. q. de poſitũ. & l. ſeq. Mar.

[c] Grauiſsimꝰ iuriſprudentia ſcriptor Martinus in ſumma ſua hoc tit. addit & articulũ, de diligẽtia circa depoſitũ habenda, quẽ hic tranſferre libuit. Depoſitarius, ait, talẽ dẽt adhibere diligentiã circa rẽ depoſitã, qualem in reb. ſuis adhiberet. Vndè ſi amiſerit rẽ depoſitã, ſaluis ſuis reb. (vt q̃a res ſuas poſuit ſub claui, depoſitas verò extra dimiſit) nõ habuiſſe bonã fidẽ præſumit, ſed latã culpã, vel dolũ. Et talis violentia ꝑſumptio ſufficit ad condẽnationem, vt extra de depoſi. ca. bona fides. in gl. Bern. no. quod depoſitarius. Caſus tñ fortuiti depoſitario imputãdi nõ ſunt, niſi pacto conuentũ eſſet, vt prẽſtaretur, ita tñ vt huiuſmodi caſu nominentẽ expreſsẽ in pacto. extra de cõm. c. 1. de hoc in gl. C. e. tit. l. 1. venit tñ in hanc actionẽ caſus fortuitus, pacto, culpa, vel mora præcedentib. De pacto habe. ff. e. tit. l. 1. §. ſæpius. Cõtractus enim ex cõuentione legẽ accipiũt. d. l. 1. §. ſi cõuenerit. Caſus verò fortuiti imputantẽ ob culpã, morã, & dolũ, ẽt ſi res apud deponentẽ periiſſet. Sufficit enim, q̃ res potuit nõ perire. ff. de legat. 1. cùm res. §. final.

d Dolus ẽt cũ dolo.] Adde l.dãni. in §. j.ff.de dã.inte.c.ſi cui.de iureiu.doct. in c.intellexim⁹,de adul. Archi.in c.de cretũ eſt. 11. qu.3.

proprietatariũ ignorantẽ deponat, nullũ eſt depoſitũ, & ꝓprietarius rẽ depoſitam reſtituit, poſſeſsionem cõ dicet,non proprietatem. ſic eſt intel ligendum.ff.eo.bona fides.per l.ff.de condi.inde l.indebiti.§.ſed & ſi num mos.& de condi.cau.da.dedi.§.ſubtilius.Eſt enim de natura depoſiti,vt ipſa res depoſita reſtituatur, ſicut not.in cõmo.s̃.tit.j.§.& inquantum.verſ.directa.hoc tñ fallit in 4.caſib. Primus eſt,cùm quis gladiũ depo nit demùm furioſus factus ipſum repetit. 22. q. 2. ne quis.Secundus,ſi deponens fuerit deportatus:nã bona eius in publicũ deferunt̃.ff.eo.bona fides. Tertius, qñ fur deponens, & dñs rei depoſitæ cõcurrunt in pe titione.no.s̃.eo.ver. ſed ſi fur agat. Quartus,cùm fur rem furtiuã deponit apud illũ cui ſubripuit,vel apud proprietariũ,ſicut probantur iura inducta.s̃.e.§.verſ. ſed & ſi fur rem ſubreptã: Sed nec contra legẽ ſeque-ſtrationis eſt reſtitutio facienda.vt no.s̃.e.§. in quib. Item non obſt.deponenti cõpenſatio, ne contractus, qui ex bona fide naſcitur,ad perfidiam, reuocetur:vt Inſt. de act.§.in bonæ fidei.C. de compenſa.l. vlt.j̃.e. c.vlt.§.ſanè.ſed in aliis contractib. compenſatio ad-mittitur,ſi cauſa liquida ſit hincinde,vel facilem exi tum habere poſsit,vt j̃.e.c.vlt.§. vlt. Itẽ ſi intra duos menſes probari poſsit,vt ff.de iure fiſci. aufertur.§.q compenſationem. & eſt ratio, quia tempus iudicati vltra progreditur.s̃. de ſenten.& re iud.quod ad con ſultationem.& C. de vſuris.rei. l.j. 2. & 3. De debito aũt,ſuper quo lis conteſta. compenſatio admittitur, vt ff.de compenſa.l.in compenſatione.& de eo quod natura debetur.ff.de compenſa.etiã & de eo,cuius ſo lutionis terminus nondum venit. ff. de compenſa. ſi cum mili. Dicunt aũt quidã, ipſo iure cõpenſationẽ fieri.ar.C.de compen.ſi conſtat.& l. vlt. Dñs meus cõ trà,imò debet fieri per iudicem:vt C.de compen.l.2. & l.ſi ꝓp fructus.Fit aũt cõpenſatio de pecunia ad pe-cuniam,non ad ſpeciẽ ff.de cond.inde.ſi non ſortẽ.§. ſi eſſent.ff.de pig.ac ſi conuenerit.2. quia corpora ꝓp pecuniã non ſunt diminuenda.ff. de impenſis in reb. dota.factis.qđ dr, niſi fortè iuretur in litẽ contra re-conuentũ rei uend. cũ rẽ dolo malo deſierit poſside-re,vt ff.de rei uend.ſi culpa non fraude. tunc. n.nulla eſt differentia inter perſonalẽ actionẽ & realẽ.ſic in-
d telligitur C.de cõp.l.ult.in princ. Dolus ẽt cũ dolo ꝑ cõpenſatur, vt ff.de dolo.ſi duo.& culpa cũ culpa. ff.đ cõpenſ.ſi ambo.& delictũ cum delicto.ff.ſol. ma.viro atq; vxore.j̃.de adul.c.pe.& vlti.ſed depoſito nõ obii citur compenſatio,ẽt ratione expenſarum.vt C.eo.l. pen.licet aliqui contradicant per l.ff.de acqui.poſſ.ſi quis rem.& de furtis. ſi is qui rem cõmodaſſet. ſed lo quũtur in cõmodato,non in depoſito.Sed & ſi extra-neus nunciet depoſitario, ne mihi rem meã reſtituat olim me cauente,vt ipſum indẽnem ſeruarẽ,meã cõ-ſequebar,vt C. eo.l.pe.§. quod in ſcriptis. hodie verò remittitur:& ſi denunciatorẽ reſtitutio de facto fue-rit impedita, tenetur mihi de caſu fortuito, ẽt ſi res penes me foret peritura : & ſi depoſitũ conſiſtebat in numero,pondere vel menſura, tenetur mihi ad trien tẽ vſurã.ꝑm l. à tpe denunciationis, & eædẽ pœnæ im ponuntur ei qui inquilinis denunciat, ne penſionem ſoluant:vt in auth.de depoſito & denunciationib.in-quilinorũ col.8. Vbi autẽ plures depoſuerunt,põt al-ter agere inſolidũ, ſi hoc actũ ſit, aliàs pro parte tm̃: quia & duo hæredes deponẽtis pro parte agunt. ff. e. l.j.§.ſi pecuniã ſacculo.nec obſt.ff.cõmod.ſi vt certo. §. vlti. quia ibi actum erat, ꝙ quilibet cõmodatarius inſolidũ teneretur.nec obſt.ff.de verbo.oblig.ſtipula tiones non diuiduntur: qa illud intelligitur, qñ vnus ad totã rẽ tenetur.vel eſt obligatus inſolidũ.nec obſt. ff.e.duo.quia ibi tenetur quilibet hæredum inſolidũ: ideo quia vterque in culpa ſiue dolo reperitur. aliàs pro parte teneretur, ẽtſi pecuniam depoſitã inter ſe diuiſiſſent. Sed & ſi reſtitutio rei pro parte fieri non poteſt, agit vnus hęredum inſolium. Sed cauere dẽt, ꝙ contra alium defendat,vt ff.e.l.j.§. ſi pecunia. Si ve rò duo deponant hoc pacto appoſito, ꝙ non reddat̃ vni ſine altero,ſeruandum eſt pactũ: & ideo ſi vni red dat,neuter agere poterit,ſi depoſitarius neget ſe red didiſſe,nec alicui reddere cogetur. non enim illi cui reddidit,quia agere non põt:nec illi cui nõ reddidit, quia nõ tenetur ſine altero.& in hoc caſu quidã Phi-loſophus liberauit quandam ancillam à ſuſpendio, penes quam duo rem quandam depoſuerant tali pa-cto, ꝙ ſi vni ſine altero redderet, ſuſpẽderet ꝑm Azo. Datur aũt vtilis actio ex parte extranei,vt C. ad exhi bendum.ſi res.Item ſi creditor non vult pecuniã abla tam re..pere, & debitor deponat, cõpetit vtilis cre-ditori contra depoſitorium,vt C. de vſur. acceptam. Itẽ ſi pater à ſponſo receperit res oblatas in omine fi liæ ſuæ,& ſponſę, ipſa prẽſente, dabitur fortè ſibi vti-lis,ſi ſui iuris erat.ff.e.die. ſed ſi in abſentia filiæ tene tur pater acti. negot.geſt. ff.de neg.geſt.fideiuſſor.§. ignoranter.ad hoc ff.mandati.ſi renumerandi.§.j.

6 Et contra quẽ. † Cõtra depoſitariũ, ẽt ſi pupillus ſit, dũ modo do lo fecerit,vel locupletior factus ſit, depoſiti.l.j.§. an in pupillum.Item contra filiumfam.inſolidum cõtra patrem de pecul. vel contra dñm, ſed contra manu-miſſum competit inſolidũ.ſi tñ penes ſe habeat, aliàs non tenetur,licet de delicto teneat indiſt.ff.e.ſi apud filium.& l.j.§.ſi apud ſeruum.Itẽ contra hęredẽ depo ſitarij,ẽt ex dolo defuncti,multò fortius ex ſuo dolo. ff.de acti.& obli.ex depoſi. & ſi plures ſint hęredes,te nentur pro hæreditariis portionib.ff.eo.ſi hominem. §.datur. Sed & contra hæredem putatiuum cõpetit, vt precium reddat,ſi uendidit: vel actiones prẽſtet,ſi precium non exigit.vt ff.eo.l.2.3.& 4. Sed nunquid & contra eccleſiã pro re depoſita agi poteſt:ſic ꝑm quoſ dam,adeò ꝙ ex quo res depoſita in theſaurariam,vel ſacriſtiam infertur,eccleſiam obligatur, ſicut nauta & caupo de rebus inuectis & illatis.ff.naut. cau.ſta.l. j.& l.parui.§.recepit.& l.& ita.ar. C. de his qui latro. occul.l.j.dicas contrarium.ſ.ꝙ nunquam teneatur ec cleſia, niſi qñ depoſitum ſit prẽlato, & conuentu ſiue cap.præſentibus & recipientibus, niſi inquantum lo cupletior eſſet.vt j̃.eod.cap.j. & patet in his quæ not. j̃.de fideiuſſ.§.& quis.

7 Et quando. † Quando depoſitum tenuit:ſi enim nõ tenet: vt quia rẽ meã penes me deponis, non agit̃ depoſiti:quia nec depo-ſitum,nec commodatum,neque precarium,neq; cõ-ductio.neq; in re mea ꝓpria,niſi ſcienter hoc faciam. vt ff.e.qui rem.& de reg.iur.neq; pignus, & de preca. certè.§.vlt.& de contrahen.emp.ſuę rei. & l.ſi in em-ptione.§.rei ſuæ.C.loca.q rẽ.Si verò tenet,agitur qñ-cunque placet deponenti,& ante tps adiectũ.vt ff.eo. l.j.§.vlt.C.eo.ſi quis pecunias. j̃.eo.bona fides.§.ſanè. niſi in caſibus quos no.s̃.e.cui detur.ver. eſt.n.de na-tura.& ſeq.Item agituranteq̃ depoſitarius admiſerit dolum vel culpam. quid enim ſi furioſus ſit, vel non extet hæres,vel bonorum poſſeſſor.ff.e.l.j.§.idẽ Põpo. quęrit. in fi.Item ſi tibi mandaui, vt rẽ meã depone-res penes Titiũ,& is ſeruandã recepit amore mei, tu mihi

mihi mandati, Titius depoſiti teneẽ Sed ſi amor tuo tu mihi depoſiti,& ipſe tibi tenetur, quã mihi cedes, ſi te conueniam,& ſi tibi dixi:ꝙ ſi nollet cuſtodire,tu ipſemet ſeruares,agetur nihilominus mãdati:& fortè nihilominus depoſiti. ff.eo.l.j. §.ſi te rogauero : & accedit in ea l.§.idem Pomponius,quærit ſi tibi.& §. idem Pomponius,quærit ſi apud te.

8 **Et inquantũ.** † In tm̃, vt dolus p̃ſtetur tm̃. vt ff.e.l.j.§.in conducto.& lata culpa.vt ff.eo.qđ Nerua.Probabitur aũt dolus,vel lata culpa per præſumptionẽ,vt ℨ.eo.bona fides.rñ.j. & dic ibi bona fides abeſſe præſumitur.ſubaudi & dolus adeſſe ſi rebus tuis ſaluis,&c. ideo dixit Azo,ꝙ lata culpa eſt dolus prę̃ſumptus:quia prope dolum eſt. ff.mandati fideiuſſor. tñ.j.dolo cõparatur. vt ff. ſi mẽ ſor falſum modiũ dixerit.l.j.§.lata.ſed ſm Ariſtotel. nihil eſt idipſum cui eſt ſimile,ſic intellige ꝙ lata culpa cadit in crimen doli.ff.de act.& obl.l.j.§.is quoq;. & quod dolũ repræſentat.vt ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſ.fu.l.j.§.non autẽ.& quod pro magna negligentia eſt.ff.de uerb.ſign.magnã.nam ſi verè dolus eſſet,veniret in l.Corn.de ſicar.qđ l.negat.ff.ad leg. Corn.de Sicar.in l.exemplũ poſui ℨ.tit.j.§.pe.ver.lata.Et iterũ ſi deponis penes me ſeruũ vinctum, & ego ſoluo miſericordia ductus,teneor.ff.eod.ſi hominẽ.Item qñ res ſuas ſaluas habet,præſumitur cõtra ipſum,vt ℨ.e.bona fides,& ff.eo.quod Nerua.ff. cõmodati.ſi vt certo. §.quod verò.& de dãn.infe.vtique.in fin. exemplum, ſi res ſuas ponat in arca , & depoſitas dimitat extra, in domo,vel in bancha.Sed de leuiſſima culpa nõ tenetur depoſitarius, ergo non de caſu fortuito, niſi ſit in mora vel in culpa,vel niſi obtulerit ſe depoſito,vel niſi receperit aliquid pro cuſtodia,vel niſi gratia depoſitarij fiat depoſitũ.vt ℨ.c.bona.§.j. & 2.quia vnus. §.dẽt ſubaudiri per aliũ.ff.e.l.j.§. ſæpè.& §.ſi qs in priſtinum.ff.e.ſi in Aſiã.§.vlt.ff.ſi cert.pet. ſi qs nec cãm. Itẽ ſi dolus interuenit.vt ℨ. vel pacto interueniẽte,vt C.e.l.j.ff.e.l.j.§.ſi conuenerit.ff.de reg.iu.contractus, qđ dic vt no.ℨ.de cõmo.§.pe. & hoc intelligas,qñ culpa præceſſit caſum. aliàs ſi violenter auferretur,non tenetur depoſitarius, niſi in duobus caſib. ſ. qñ recipit mercedem, vel qñ ſe obtulit.licet in aliis caſibus de omni caſu fortuito, & in his, & in aliis de culpa ẽt leuiſſima teneatur. Depoſitarius verò vtendo re depoſita obligatur furti.ff.de condi.furt.ꝙ furtũ. hoc niſi expreſsim eſſet prohibitũ,ne vtatur.ff.eo.ſi ſaccũlũ. aliàs non committit : dum tñ putaret dñm permiſſurum , ẽt ſi minus probabiliter hoc putaret. vt ff de furtis.qui rem. eſt tñ contrà argu.ff.eo.ſi ſeruus. Et ſi res deterior reddatur, reddita nõ vr̃.ff.eo.l.j.§.ſi res. Sed & acceſsiones veniunt in hac acti . quamuis depoſitæ non ſint : puta vt homo ſi veſtitus , vel equus qui capiſtro detinebatur,poſitus ſit:nam ſolus equus depoſitus eſt.ff.eod.l.j.§.quæ depoſi.ſecus ſi dixiſſem, Depone equum cum capiſtro:tunc enim vtrunque eſſet depoſitum.ff.commo.ſi vt certo.§.ſi me.& de vſufruct.lega.l.j.illi.Itẽ tenetur hæres de precio rei ignoranter venditæ,& vt ſi hæres nihilominus ab eo lucrũ extorquetur. vt ff.eod.l.j.§.vlt.& l.2.& 3.Item ſi cauſa tumultus,ruinæ, naufra. incendij , fuerit depoſitum, in duplum ſit condemnatio. ff.eo.l.j.§. hæc autem ſeparatio. in fin. §.j.& 2. hoc ſi depoſitum inficietur,nõ aliàs: vt Inſtit.§.omnes autem. Hæres autem de dolo proprio in duplum tenetur,ſed de dolo defuncti, in ſimplum. ff.eod.l.j.§.j.& l.quod tumultus . Eſt autem pondus auri, vel argenti depoſiti,& ſpecies nominãda . Idem in purpura infecta vel lana, & ſi deponens ſit incertus de pondere,ei iurãti ſuc- e
curritur.ff.eo.l.j.§.ſi quis argentum. recipietur ẽt libellus incertus,ſed erit iudex certificandus ante ſniam .
Item numerus abiiciendus eſt,& color veſtis. vt ff.de fur.in ac.Et ſi ciſta, rebus diuerſis plena depoſita ſit, põt agi ad ciſtã,& ad ſingulares res.vt ff. e.l.j.§.ſi ciſta. Itẽ in hac actione iuratẽ
e in litem. vt ff.e.l.j.§.in depoſiti. e

9 **Et qualis** ſit actio ſt bonę fidei. Famoſa. vt C.e. qui depoſitum.Itẽ prætoria in 4.prę̃miſſis caſibus,non aliis, imò ciuilis. Itẽ priuilegiata eſt:quia prę̃fertur chirographarius . ſed ſi plures agant, non habetur rõ tpis. vt ff.eod. ſi hominẽ. §. quoti. & l. quod priuileg. & accedit ff.de priuil. cre.ſi veniri. §. in bonis.& l.quod quis.& de reli.l.pe.& ꝙ po.in pig. ha.interdum. C.qui po.in pig.ha.l.ſi.& l.eos. ff.de peculio. depoſui.& de bonis autho.iudi. poſ. cũ vnus.& C.de bo.au. bo.iud.poſ.l.vlt. naſcitur aũt hæc actio, anteq̃ dolus, vel lata culpa commiſſa ſit,vt ff.eo.l. j.§.idem Pompon.ℨ.eo.bona.§.ſanè. Contraria aũt depoſiti datur depoſitario & eius hęredi,in qua uenit impenſa utilis.ff.de neg.geſt. at qui natura.§.vlt.& mãdati.ſi verò nõ remunerandi. §. vſuras aũt. ff.e.acti. & de vſu.qſemiſſes.§.vlt.Itẽ venit in ea in tereſſe,vt ſi ſeruũ furẽ depoſueris penes me,& dãnum patiar.hoc ſi ſcienter. Quid ſi ignorãter? Dixit Pla.ꝙ potes ipſum pro noxa relinquere. arg.ff.de pig.acti.ſi ſeruus pignoratus.Azo contrà: quia non debet alicui officium ſuum eſſe damnoſum.ff.de fur. ſi ſeruus cõis. §.quod verò.Eſt aũt hæc actio ciuilis & pſonalis , nec in litem iuratẽ,vt ff.e.l.ei.Item bonæ fidei eſt. Inſti.de act.§.actionũ.Famoſa non eſt.ff.de his qui no.ℨ.furti. §.vlt.eſt.n.regularis , ꝙ nulla actio cõtraria infamat. vt ibi. fallit hoc in cõtraria mandati, q̃ infamat. Hoc autem ſcias, ꝙ 4. ſunt actiones ex contractibus deſcẽdentes.ſ.mandati,depoſiti, tutelę, pro ſocio. & 4. ex delictis prouenientes, ſcilicet vi bono.rap.furti, iniuriarum, doli mali, quæ infamant:vt ff.de his q no. infa.furt.§.mandati. & ſequenti.& l.j.vnde verſus:

Iudice damnatos,infames reddit ubique.
Quod ui dirumpitur iniuria,furta,doliq́ue.
Actio mandati,tutelę,depoſitiq́ue
Directo ſi pro ſocio communis utrique.

Non ineptè adiicias ex Mart.vbi ℨ. rubric.đ priu.depoſiti. Actio,inqt, depoſiti vſq; adeo priuilegiata eſt, vt depoſitũ cõtra depoſito nõ cõpenſet, poteſt.n. depoſitũ repeti,ſed non cõpenſari. C.de compẽſ. l.vlt.& extra de depoſ.bona fides. Eſt & aliud priuilegiũ ut qui primò depoſuit, primò recipiat.ff.eo. tit.l.ſi quis pecunias. Itẽ actio depoſito, vel cõtra hæredẽ eius ex dolo defuncti,& multo magis ex ſuo.ff. de ac.& ob.l.ex depo.venit in hãc actionẽ dolus , licet conuentũ ſit, ne de dolo agatur.ff e ti. l.1 §. ſi cõuenerit. Itẽ uenit latior culpa, quã Nerua dixit dolũ eſſe. (l qđ Nerua ff.de poſi.) quẽ dolũ præſumptum eſſe intelligit Mar. p̃ceptor.arg. l.1.fideiuſſor.ff.mãda. teneẽ quoq; depoſitarius đ leuiſſima culpa.l 1 § ſipe cunia.ff.e.ti. Mart.

De Contrahenda emptione & vendit. Rub.

SVMMARIA.

1 *Emptio & uenditio,quando & qualiter contrahatur.*
2 *Emptio & uenditio,de quibus rebus contrahatur.*
3 *Quibus menſuris,uel ponderibus uendendum ſit.*
4 *Emptionis & uenditionis natura quæ ſit.*
5 *Emptor ad quid teneatur.*
6 *Venditor ad quid teneatur.*
7 *Emptio & uenditio qualiter reſcindatur.*

Diximus de cõtractibus, qui gratia alterius tantùm perficiuntur: nunc vidẽdum de his qui gratia vtriuſq; :

& sic de contrahenda emptione & venditione. & dicamus igitur, Quãdo & qualiter contrahat emptio & venditio, Et de quib. reb. Quib. mensuris vel põderib. sit vẽdendũ, Quæ sit eius natura. Ad quid emptor tenetur, Et ad quid vẽditor teneatur, Et qualiter rescindatur.

Quando & qualiter cõtrahat emptio & vendi. solo cõsensu, postq̃ de precio [a] conuenit non imaginariè seu simulatè: quia fortè animo donandi, sed verè eo animo ꝙ soluatur. vt Insti. eo. in prin. & §. cùm aũt. Et inter præsentes, & inter absentes per nunciũ vel epistolã, vt ff. eo. l. j. §. vlti. & l. 2. §. j. & l. cùm in venditione. l. nuda. Et si precium in quantitate consistat, non in specie, puta in pecunia, q̃ est in illo sacculo: nam tunc esset potius contractus innominatus. ff. de condicti. cã data. l. vlt. C. eodẽ emptione. Certa aũt quãtitas nedũ sermone adiici põt, imò & re ipsa, puta quanti est in arca, non valeret ff. eo. hęc venditio § huismodi. ad hoc ff. de legat. j. planè. §. sed hoc ita. & l. sed & si certos. unde si quantitas non esset in arca, uõ ualeret. ff. e. si quis fundũ. quã titas aũt precij uel cõmercium in arbitrio alterius contrahẽtium cũseri non põt, vt C. eo. in uenditis. ff. eo. quod sępe. §. j. nisi tacitè: ut si ascẽderis Capitoliũ, sit tibi empta. Receptio autẽ rei uel restitutio arbitrio emptoris cõmitti põt. Instit. e. §. emptio. j. e. de pig. illo. Itẽ arbitrio tertij põt cõmitti ẽt quãtitas precij tertij dico certi, puta quãti Titius æstimauerit: qui si malè arbitratus sit redigitur ad arbitrium boni uiri. hæc probantur Instit. e. §. precium. & ff. C. e. l. ult. ff. pro socio. l. cũ ita. & l. 2. socierate. ff. loc. si merces. Imo & si ab initio inuitus distrahere uel emere nemo cogatur: vt C. e. inuitũ. & l. dudum. si tũ rem exponas uenalem & precium, quo uendere nis, sit iniustũ, potes cogi per iudicẽ ut tẽperes. j. e. c. 1. ff. de offi. præfec. urbi. l. j. §. cura carnis. Itẽ necesse est, ꝙ ex parte uenditoris res, uel merces uendatur, ut discernatur quis emptor, quis uenditor, quid precium, quid merx. ff. de rer. perm. l. j. Inst. e. §. diuersę scholæ. Possunt tũ emi fructus futuri, sicut hæreditas q̃ obuenire dẽt, & iactus retiũ, & alia. ff. e. nec emptio. & de actio. empt. si sterilis. & de hæred. uel acti. uend. cum hęredi. & l. qđ si nonnulli, & l. qđ si in uẽditione. & de condi. & demõ. l. j. in fi. & de uerb. obliga. inter stipulantem. §. sacrã. Et si res uendita extare creditur, cum tũ non extet, nulla est emptio. ff. eo. l. & si consensu: Quid si domus uendita incendio consumpta sit? Dist. vtrũ vterq;, vel alter sciat uel ignoret, & utrum in totum uel in partẽ. ff. eo. domum. & l. arborib. Arræ aũt datio, est argumentũ emptionis & uẽditionis: & si emptor velit resilire amittet arras: si aũt uenditor uelit à uenditione discedere, arras duplicatas emptori restituet. Inst. e. resp. j. C. de fid. instr. con

[a] Qđ de pretio ait Hostiẽsis de eo, qđ certa quãtitate definitũ est, accipiendũ rectè putat Marti. in summa e. ti. Nã si ita dictũ esset, da bo tibi preciũ, qđ est ĩ sacculo, tũc nõ est emptio, nec vẽditio, sed est cõtractus innominatus. ff de cõdi. cau. dat. l. deditibi. C. e. tit.

[a] emptí fides.

[b] Et de quib. rebus.] Qđ latissimè hic edisserit Hostiẽsis, paucis cõplexus est Mart. noster, vbi ĩ. Emi, inquit, & vẽdi põt id, qđ i cõmercio est hominum. Quæ ĩã. n. sũt, quæ in cõmerciũ nõ veniunt, vt liber homo, res sacra, vel religiosa. vt ff. e. ti. l. si in emptione. §. j. & §. liberũ. & l. inter stipulantẽ. §. sacrã. ff. de verb. oblig.

[c] Res aũt sacræ.] Add de gl. summæ. 1. q. 1. c. pe. de sepu. tex. & ibi Arch. in ca. hoc ius porrectũ. 10. q. 2. Arch. in ca. aurũ. 12. q. 2. Arch. in c. saluator. 1. q. 3

[d] Pater vẽdere filiũ.] Add de gl. in c. qđ nõ est de reg. iur. gl. in c. 1. de pig. & an filius possit cõtra cũ agere si venerit ad pinguiorẽ fortunã, vide p Fel. in c. dilecta de reseri. ver. fallie. 8 & vltim.

[e] Mater põt filiũ vendere.] Add l. 2. C. de patri. q. fil. dilec. Ias. in dic. de patria ptãte. in addit. ad Porciũ incip in glo. in ver. coniunctio.

Et de quibus rebus.[b] † Corporalibus & in corporalibus. ff. e. conuenit. & l. si debitor. §. j. C. de hær. vel act. uẽ. seruitutes. Res aũt sacræ[c] & religiosæ ꝓhibentur uendi. quod dic ut no. ĩ. de re. ecc. non alie. §. quę res. uer. sacrę. & seq. Nõ põt vendi liber homo, cùm seruus erit. aduersam. n. fortunã libri hominis expectare nec ciuile est, nec naturale. ff. e. liberi. & l. si in emptione. §. j. & §. liberũ. & de uerb. obl. inter stipulantẽ. §. sacrã rem. Põt tñ pr uẽdere filium[d] necessitate famis ingruẽte: vt tñ precio præstito uel à filio reddito, uel alio quocunque resti tuto, in ingenuitatem perueniat. ut C. de patri. q. fili. distra. l. 2. multo fortius pignori obligare: ga cui qđ plus est conceditur, &c. ff. de reg. iur. non dẽt cuique. Sed nunquid seruus efficitur? sic, ꝺm Azo. alij contrà: sed tñ seruire debet. C. cõmu. de ma. l. j. Sed nunquid in alio casu necessitatis põt vendí à patre? Non: quia l. dicit gñaliter, ꝙ non licet patri vẽdere filium. C. de patri. qui fil. distra. l. j. ergo gñaliter intelligit ei ꝓhibitũ, nisi in casũ concesso. Sed nunquid mr̃ põt filium uendere[e]? Non puto: arg. de transl. transactus matris. & ga nec l. reperit concessum, nec filiũ hẽt in prãce, sicut pater. ad hoc facit quod no. j. de sepul. §. & apud quã eccleſiã. & j. de pig. §. q̃ res. ver. fallit. Itẽ earũ rerum q̃ in cã negociationis de domo eximunt, venditio irrita censet, emptor ẽt duplũ precij in ærarium inferre cogetur. & hoc ꝙ sc. con. Velleianũ. ut ff. e. senatus. & de leg. 3. cętera. & si preciũ iã soluit, repetit tanquã indebitũ, vt ibidẽ, & retinet rẽ emptã vndè si benè cõputes, tam emptor, q̃ venditor in simplũ punitur tñ. & sic nõ obst. ff. de dãn. infe. l. ult. Itẽ seruus. dum in fuga est, uẽdi nõ põt, licet possit procurator ad hoc cõstitui, ut ipsum q̃rat, & inuentũ vendat. ff. e. quod sępe. §. si quis. C. ad legẽ Falcid. de plag. in fuga. ꝺm hoc intellige 12. q. 2. fugitiui. j. de rer. permu. iniustũ. Itẽ uenent mali, qđ non põt esse vsui aliqua permistione, nulla est emptio: secus, si mistum cõferat. ff. eo. qđ sępè. §. veneni mali. ff. fami. erc. ꝓcedere. §. j. de uerb. sig. qui uenenũ. in vlti. charta. nam & si uenenũ, quod amatoriũ appellat. ff. ad l. Cor. de sic. l. 3. Itẽ rei proprię nulla est emptio, & si ignorãs emi, qđ solui repeto. idem est, si res cõis sit mihi & tibi, quantum ad partẽ meã: sed si usufructuarius emat rẽ, in quẽ habet usum ĩ. diminuit preciũ rõne vsufr. & rõne possessionis, quã habet uenditor in re mea, tenet emptio. Itẽ si habeat ibi perceptionem fructuũ, uel aliquod ius. ff. eo. sue rei. & l. officio. & l. sed & si cõis. & l. si in emptióe. §. rei suę. C. e. cũ res. sed in re aliena tenet cõtractus ff. e. rem alienã. Cùm aũt dixerim, cõtractũ hũc solo consensu perfici, apparet ꝙ si error interueniat, non perficitur. ff. de iur. om. iud. si per errorẽ. & de iu. l. 2. & sunt 6. errores qui impediũt hunc cõtractũ. Primus, si in precio erratũ sit, si putẽ uẽdere 10. putas emere 5. secus econtrà. vt ff. loca. l. si locem. Secundus, si erret ĩ cõtractu: vt qa puto uẽdere, tu putas tibi donari. ff. de re. cre. si ego. Tertius, si erret in corpore, vt quia ego credo vendere fundũ Sempronianũ, tu credis

dis emere Cornelianũ,vt ff eo.in venditionib. Quid ſi vendo tibi Petrũ Cocũ, cũ ſit pelliparius,& is q̃ cocus eſt Martinus vocat: ſi habui nota nomina ſeruorũ,is debet q̃ nominatus eſt:ſed ſi nõ habui nota,is vt̃ vẽditus,cuius artificiũ eſt adiectũ.ff.de re.dub.q̃ habebat. Quartus & quintus,ſi in ſubſtantiali qualitate vel materia erret:vt ſi æs ꝓ auro,vel plumbũ ꝓ argento diſtrahat. ſed ſi acetũ veneat pro vino, qđ ab initio acetũ fuit,emptio nõ valet:ſecus ſi poſteà coacuit,q̃a eadẽ ꝓpe vſia ſiue ſubſtantia eſt:eſt.n.idẽ corpus.Sed iõ dicit prope,quia vinũ eſt calidũ & ſiccũ,& acetũ frigidum & ſiccum. probant hæc ff.eo.in venditionib.§.vlt.& l. alioquin.& l.aliter.ſed & ſi in parte erretur , in ſubſtantiali qualitate, tenet pro parte in qua non erratur.vt ff.e.quid tñ.& l.cum ab eo. §. vlt. Sextus,ſi erretur in ſexu,vt q̃a puto vẽdere puellã, tu putas emere puerũ:ſecus ſi putas emere uirginẽ , cũ iã ſit corrupta,vt ff.e.l.alioquin.§.qđ ſi ego.ſed vẽditor ſciẽs corruptã,tenet act.ex empto ad reſoluendũ contractũ.ff.de act.empt.& ven.ex empto.§.ſi q̃s virginẽ. Itẽ ſi erret in eſſentia, nulla eſt emptio,vt ſi uendo tibi domũ,q̃ iã cõbuſta eſt,& vterq; ignorat, vt ff. eo.domũ. Perficitur ergo emptio ſolo cõſenſu precij & rei cuius cõmercium concedit:qđ verum eſt,ſi ſine ſcriptis fiat contractus. nã ſi in ſcriptis non aliter, q̃ ſi omnia in mundũ.i.in chartulariũ, ꝑm quoſdã, imõ in mundũ.i.in chartam,in qua dẽt ſcribi inſtr̃m,quæ debet eſſe múda & pura , vel quæ ſicut mundus debet omnia continere,ſic non valet, aliter quouſq; in hoc mundo omnia recepta & ſcripta ſint ſubſcriptionib. partium confirmata , & ſi per tabellionem ſcribatur ẽt per ipſum completa,& demùm à partib. abſoluta: nam quouſq; omnia iſta facta ſint, neuter agere põt, vt C.de fid.inſtr.contractus. Sed ſi venditor antequã iſta completa ſint,rem reſtituit,benè transfert dñiũ, ꝑm Azo.quia ex doloſo contractu idẽ ſit . Sed poteſt agere condi. ſine cã ad rem recuperandã,niſi preciũ
b ſoluatur.ar.C.de re.permu. reb. Dicitur aũt contractus fieri in ſcriptis,q̃ñ conuenit,ꝙ non aliter valeat q̃ facta ſit exinde ſcriptura. C.de probat.cùm res.vel q̃ñ conuenit vendicationem in ſcriptis.i. hoc acto in contractu,vel incontinenti,vt ſcriptura inde fiat . Secus ſi à principio ſimpliciter contrahat, & poſtea ad probationẽ fiat inde charta.vt ff.de pig.contrahit.& hoc eſt qđ dicit p̃dicta l.cõtractus. ibi,illos tñ quos i ſcriptis fieri conuenit.Põt aũt venditio fieri purè,vel in diẽ,vel ſub cõd.cãli ptãtiua,vel mixta. & ſi conditio impleat , vel p̃ emptorẽ ſtet , ꝙ impleta habeat.l.ſi mihi biliothecã , niſi collata ſit in emptoris arbitriũ expreſsim,& vendo tibi, ſi placuerit tibi res: vel tacitè.ſ.ſi Capitoliũ aſcenderis. Inſt.e.§.pe.Itẽ ſi vendi.tibi diſplicuerit, ſit inẽpta,q̃a eſt emptio,ſed ſub cõditione reſoluit.Secus,ſi dico,erit tibi empta,niſi alius meliorẽ conditionẽ attulerit,vt ff.e.l.3.Inſt.e.§.pe. ℨ. de pig.illo.Si ergo conſtet de mẽte contrahentiũ,illi ſtandũ eſt:ſi benè cõſtat,attende ſignificationẽ verborũ:nã p̃ſens tp̃s in pendenti eſſe nõ põt. ff.ꝑ empto. l. 2.§.ſi in idẽ.ſed futurũ extenſiuũ eſt.ff. de act.& obli. obligationũ.§.cõditio.& de verb.obl.ſi q̃s ſtipulatus Stichũ.& ad Tertu.Sil.2.§.filius.Sed & in vltimis voluntatibus nõ eſt uis,utrũ ſub cõd.vel purè cõdi.poſt ea appoſita legẽt.ff.de adimẽ.leg.ſi legatũ purè. & đ con.& demõ.q̃b.§.quidã.& de le. 3. fideicõmiſſa. §.ſi fideicõmiſſum.Emptio verò trib.mo.dicit p̃fici, vno quantũ ad obligationẽ:q̃a non licet diſcedere altero inuito,& hoc mõ ẽt cõditionalis venditio dr̃ p̃fecta: altero modo,quantũ ad hoc,ꝙ ex ea agi poſsit,vt q̃a ceſsit & venit dies, vt cùm purè contractum eſt. tertiò,quantum ad hoc, vt periculum pertineat ad emptorem,vt iam dicam. ℨ.eo.§.quæ ſit eius natura.

3 Quibus menſuris vel ponderib ſit ꝑuẽdẽdum . Iuſtis,& qui cã lucri ipſas mutauerit.30.dies in pane & i aqua pœniteat. ℨ.eo.c.2.& excõicari põt,ſi pœnitentiam agere nolit.24.q.3.ſi quis Romipetas.& c. p̃ced. & accedit 45.diſt.omnis qui.24.q.j.non afferamus. Vt aũt đ hac materia plenã habeas notitiam,ita diſt. cùm q̃d falſis vel iniquis ponderib.menſuratur,& non fuit dictum,q̃b.& emptor ſciens plus iuſto recepit, & dñiũ tranſlatum eſt,repetit vẽditor,quod plus iuſto dedit per conditionẽ inde.vt ff.de dolo.arbitrio.§.de eo.& lo.& cond.ſed addes.§.ſi q̃s cùm in annum. Itẽ dicũt quidam habere locum act.ex hoc cõtractu:ſed proximus §. contradicit . Sed ſi dñium tranſlatum non eſt, non cõpetit condi.inde.ff.de cõd.inde. ſi in area.ver. ſed & ſi q̃s.ſed eſt locus rei uen.& actiõi furti,& cõdi. furtiuę,vt ff.de furt.ſi quis vxori.§.ſi maiora. & fortè hic locus eſt actioni ex contractu. arg.C.de act.emp. & ven.l.2.ſed dñt quidã contrà, nõ obſt.l.proximè dicta , q̃a ibi plus iuſto habebat de re vẽdita,hic aũt extra rẽ.põt aũt dici,ꝙ hic locum habeat condictio indebiti,gr̃a poſſeſsionis,vt iam dicẽt in alio mẽbro.ergo vbi dñium tranſlatum eſt,nõ fit furtũ.ad hoc ff. de furt.falſus.§.j.Hoc vbi emptor ſciens, plus iuſto recepit: ſi aũt ignorans, & dñium tranſlatum eſt,hẽt locũ ſola condi.inde.ut in l.ſuperius allegat.Sed ſi non eſt tranſlatum,puta uenditor dixit, Ego trado tibi hoc: ſi tñ apparet,ꝙ plus iuſto tradidiſſem, nolo transferre dñium,hic emptor ignorans,furtum non facit,cũ dolo careat.ff.ꝑ ſocio.merito.vñ dic, ꝙ tenet cond. inde.gr̃a poſſeſsionis,vt ff.de cond.indebiti.§.ſi quis nummos. Itẽ rei vend.& fortè ac.ex cõtractu.Sic patet qđ iuris ſit,q̃ñ vẽditor deceptus eſt, q̃a plus iuſto tradidit. Sed ſi emptor deceptus eſt, q̃a non tradidit ei uenditor quantũ debuit,inde tenetur vẽditor act. ex empto.ff.de dol.arbitrio.§.de eo. nõ.n.hẽt locum rei uen.nec act.furti,cũ uenditor ante traditionẽ dñs perſeuerauit rei ſuæ.C.de hære.vel act.vẽdi,qui tibi. & de act.emp.& uen.ſi p̃.& ff.de act. emp.& uen.ſi q̃s à me.Et ſic agit vnus contra alium,q̃ñ non erat dictũ ꝙ ſtaret illis põderib.nam ſi hoc dictũ eſſet, & uterq; ſciebat falſa, neuter agit.C.de tranſac.de fideicõmiſſo.& uide ſup̃ hoc cõcor. ℨ. p̃bẽ.§.& à quo.uer.ſed q̃d. ubi ſimilis diſt.tradit. & eſt rõ : quia ſi uenditor plus iuſto ſciens tradit,donare uĩ, & emptor ſciẽs minus iuſto recipiens,pari rõne uĩ remittere.arg.ff.de cõd. inde l.j.ff.de acti.emp.& uen.l.j.& de reg.iur.cũ res p errorẽ.& idẽ eſt remittere,qđ dare.ℨ. de inſt. ueniẽs. j.Si uerò uterq; ignorat, dicunt q̃dã,ꝙ deceptus agere non põt,& malè.ff.de hære.vel act.uen.ꝙ ſi in uẽditione.Si uerò deceptus hoc ſcit,& alter ignorat, non agit,q̃a à ſeipſo decipit.ff.de rei uen.is q̃ obtulit.& l. ſeq.Sed ſi deceptus ignorabat, & alter ſciebat,tũc agere põt q̃ ſciẽs p̃dicere debuit ꝙ falſa erãt. ff. đ hær. uel act.uẽ.hoc aũt.& ff.de ac.ẽp.& uẽ.l.tenet. & §. pe. & ult.Et in hoc caſu põt intelligi,ꝙ dẽt agere pẽnitẽtiã 30.dierũ.ut ℨ.dixi in prin.Sic uidemus quaĩt uẽditor põt agẽ cõtra emptorẽ,uel ecõtra.nũcuideamus q̃ñ teneat q̃s , ſi fortè cũmodauit põdera uitioſa: & ſi q̃dem commodans ignorauit uitioſa,nemini tenetur.ff.commodati.in rebus §.item ſi quis.& l. pe. Sed locator etiam ignorans tenetur. ff. loca. & com. ſed addes §.j. Sed ſi commodans ſciebat vitioſa,& cõmodauit emptori ſcienti, ad hoc ut uenditor decipere-

tur,in hoc caſu, ſi non ſit trãſlatũ dñium,emptor facit furtũ, & cõmodans facere intelligit̃,tanq̃ opẽ afferens,& iõ cõueniri põt à venditore act.furti.& cõdi.furti.ff.de furt.ſi q̃s vxori. §.maiora.Sed ſi dñium tranſlatũ eſt,& emptor ſoluendo eſt, cõmodãs nullo iure teneẽ venditori:cõmodati non, q̃a ei non cõmodauit cõd.fur.vel ac.fur.nõ,cũ dñium tranſlatũ ſit. & iõ non facit furtũ p conſequẽs, nec cõmodans, quaſi opẽ ferens,q̃a non eſt cui ferat.ad hoc.ff.de fur.ſi is q̃ rẽ.§.ſi tu Titiũ. Itẽ nec de dolo teneẽ,cũ vẽditor regreſſum habeat cõtra emptorẽ,q̃ ſciẽter plus iuſto recepit, & ſoluendo eſt. vt poſitũ eſt.ad hoc ff.de dol.l. 2.aliàs eſt.j.§.vlt.& l. ſeq. Sed ſi emptor deceptus eſt, q̃ ſcienter vitioſa recepit,non agit̃.idẽ eſt,ſi vterq; tã emptor,q̃ venditor ſciebat, vt dictum eſt in ſuperioribus.Sed ſi vterque ignorabat,& vẽditor deceptus eſt, teneẽ cõmodãs act.de dol.Iſtud ẽtſi emptor ſciebat, ſed nõ eſt ſoluẽdo , & in his caſibus põt intelligi ſnĩa Trebatij.ff.de dol.arbitrio.§.de eo.in princ. & l.nã ſi nullã.& ſic in oĩb.caſib. in quib. ſ. diximus emptorẽ teneri vẽditori,ſi emptor factus ſit nõ ſoluẽdo, intelligas venditorẽ agere poſſe cõtra cõmodantẽ in ſubſidiũ act.de dolo.arg.ff.ſi mẽſ.falſum mo.dixerit.l.3. & de dol.eleganter.§.ſeruus pactionis.in fi.Vbi verò emptor & vẽditor ignorãt põdera vitioſa,& emptor deceptus eſt, hẽt cõtra cõmodantẽ contrariã cõmodati, p quã conſequet̃ ab eo, ſi q̃d ſua interſit. Idẽ ſi emptor ignorat,ſed vẽditor ſcit.q̃uis.n.hic venditor teneat̃,nihiominus & cõmodans. Sed ſi vẽditori cõmodauit,& ipſe vẽditor deceptus eſt: in illo caſu hẽt cõtra cõmodantẽ ac.de dolo,cũ habeat aliã contrariã.ſ.commodati.Si verò emptor deceptus eſt hic,in quo caſu ſupradictũ eſt,q̃ apud venditorẽ regreſſum habeat , nõ põt habere cõtra cõmodantẽ aliquã act. ſed in quo caſu regreſſum nõ hẽt,puta q̃a tã emptor, q̃ vẽditor ignorabãt vitioſa, & dixerũt q̃d eis ſtaret, ſiue æqua eſſent,ſiue iniqua.Itẽ in oĩb.caſib. in q̃b.dictũ eſt venditorẽ teneri,ſi nõ eſt ſoluendo, teneẽ cõmodans act. de dolo, q̃d ex ſupradictis & ſnĩa Trebatij colligere tibi licet, ſm D.M.Ia. & Bal. Et ſunt hęc vera, q̃ũ dictũ fuit q̃b.põderib,ſtaret, & menſurareẽ, ſed ſi hoc dictũ non eſt, videntur ſenſiſſe de põderib. q̃ in regione frequentabantur.vt ff.e.Imperatores.& ſi hoc non appareat, de minimis ſenſiſſe videnẽ: vt ff. de reg.iur.ſp. ĩ.de ſenſib.ex parte. Hi aũt q̃ falſas mẽſuras tenent,vocati ſunt in lege Dardanarij,à quodã Dardano functionũ authore,qui maximã dabat operã,vt annona carior fieret, emẽdo oẽm quã inuenire poterat, vt poſtea ſolus venderet ſicut vellet,& tales variis pęnis puniunt̃. ſm l.nã aliq̃n interdicit̃ eis negotiatio, interdũ releganṫ,& humiliores ad opus publicum danṫ:& diuus Adrianus ſtateras,ſeu mẽſuras adulterinas ſeu falſas tenẽtes.l.Cor.de fal.teneri dixit , ſi ipſis vſi fuerant : ſed ſi inuenti ſunt ipſas habere,relegari põt, vel aliàs extraordinariè puniri.ff.de extraordin.cri.annonã.& ff.de pę.l.in Dardanarios.

4 Quæ ſit eius natura. † Hic ſciendũ,q̃ quædã ſunt de ſubſtãtia,vt preciũ, & res.ſine quibus emptio eſſe nõ põt,vt ſ.dixi.& habes ff.eod.l.j.& l.nec emptio.Quæ de natura.ſ.vt venditor de euic.teneatur, vt patet ĩ.§.& ad quid venditor. Quædam accidentalia: vt ſi fecerim pactũ, q̃ liceat mihi abſtrahere gloſſulas de libro quẽ tibi vendo,vel ne cautio duplex p̃ſtetur in rebus precioſis.ff. de euic.l.2.& ad hoc ff.de pact.iuris gen. §.ſed cũ nulla.& §.quinimò.& §.ea.n.& §.ſeq.ff.eo.tit.pacta conuenta.Eſt & hoc de natura contractus,q̃d ex quo cõtractus initus eſt, pertineat periculũ rei ad emptorẽ licet res tradita non ſit, & tũ dñs venditor p̃ſeuerat, vt Inſti.eo.tit.§.cùm aũt. & trib. §§. ſeq.& de re.diui. §.venditę.& §.per traditionem. ff.eod. quod ſępè.§.ſi res vendita. C. de pact.traditionib. hoc tũ magnam caudam trahit , vndè talis regula : Cùm venditio fit purè, & ſine ſcriptis ſpeciei certæ, quæ deguſtationẽ non exigit omne periculũ ſpectat ad emptorẽ, excepto caſu publicationis:niſi pactum,vel mora, vel culpa,vel calliditas interuenerit.Benè dixit,Purę.aliud enim,ſi ſub conditione, & ante condit. exiſtentẽ pereat res:ſpectat enim periculum ad venditorem, ſed deterioratio ad emptorem,vt ff.de pericul. & cõ.rei vend.id quod. & ff.e.q̃ ſi pendente.Sine ſcriptis,qua re dixerim,patet ſ.e.§.de quib.verſ.perficitur.& ſeq. & C.de fid.inſtr. contractus.& Inſt.eo.§.cùm autem. Speciei,quia ſi in genere,puta,vendo tibi hominem: non dico quem, nunq̃ ad te emptorẽ ſpectat periculum,quia quod in genere debetur, perire non põt.ff. ad l.Fal.in rõne 2.§.verum eſt aũt. & §.ſi verò argẽti. & ff.de peric.& commo.rei vend.electos.& l.eum. & l.q̃d ſi neq;. quia hic vẽditur certũ de incertis. Quid ſi vẽdo incertũ de incertis: vt, pendo tibi vnũ de ſeruis meis,vel 10. corbes ex hoc dolio, ſeu 10. ſeſtaria? vt q̃ liberer,ſi omnia pereant,vt ff. ad l.Fal.in rõne legis . §. incertæ autem , vel fortè aliud ibi.legatarius enim non petit vinum.cum totum effuſum ſit, neque precium,quia legatum non eſt: emptor verò repetet precium,ſi ipſum dedit,quia ſine cauſa eſt penes venditorem.ſi non ſoluit,habet exceptionẽ,& ſi non pertinet periculum ad eum. Certè ideo dictum eſt, quia ſi ſub alternatione vẽdam tibi Stichum aut Pamphilum,periculũ primi pertinet ad venditorem , ſed ſecundi ad emptorem.ff.eo.ſi in emptione.§.pen. Quæ deguſtationem non exigit , ideo appoſitum eſt, quia ſi deguſtationem exigit,& vendatur in ſpecie,pertinet periculũ ad emptorem poſt deguſtationem, non ſm Iob. & Ber . nec dicunt hoc ſpeciale in vino, licet lætificet cor hominis.idem & in aliis,vt patet in zinzibere,pipere,& ſimilibus: ſed ſi venditur ad menſuram, non pertinet periculum ad emptorem, niſi deguſtatum fuerit,& ẽt menſuratũ. ff. de peri . & com. rei vend.l.j.& l.ſi uina.Azo dixit in uino eſſe ſpeciale, q̃ etiã ante deguſtationem pertineat periculum ad emptorem,ſi uenditio ſit in ſpecie. nec obſt.ff.de peric.& com rei.uen.l.j. quia ibi uenditor recepit ſe periculum uſq; ad certã diem.aliàs ſpectat periculũ ad emptorẽ,ſicut & in qualibet alia ſpecie. ff.e. q̃d ſæpè. §.in his.ff.de peri.& cõ.rei uẽ.l.j. §. ſed & cuſtodiã.& l.ſi uina.& l.ſi q̃s uina.§.ſi aduerſione.C.de peri.& cõ. rei uen.cũ cõuenit.& ſi q̃s uina.intelligit̃ de uino uẽdito, q̃ ad menſurã, deguſtandũ erat poſt diẽ certã: undè ſi ſpectat periculum ad uenditorem, ſi nõ petit̃ deguſtari, q̃a eſt ĩmora,aliàs impurareẽ emptori.ff. de act.em.& uen.rõ.§.ſi perempto,& de peri.& com. rei uen.ſi per emptorẽ.§.ſed ſi.uerbi gr̃a.nec in periculo.diſt.ſm Azo.ſi acoris,uel mucoris,uel effuſiõis. licet B.diſt.primo anno, ſicut in cõditionali nẽditione.ut dixi ſ.eo.uer. benè dixi puræ,q̃a uendit̃ uinũ ad menſurã,quaſi ſub condit.vt̃ fieri.ff.e.quod ſæpè.§.in his.ſed in ſequẽti anno ſe correxit B.q̃a ſapientis eſt, mutare conſiliũ ſuum in melius.ĩ.de acc.qualiter. j. ſ.de uſu.pal.niſi in auth.ut fratrũ filij. in prin. col. 9. & de nup.rñ.j.col.4.diuerſum eſt.n. in hac cõdi.quia pr̃ãtem hẽt uenditor menſurare,uel offerre ut menſuretur.Quid ſi emptor nolit accipere, põt uenditor menſurare, & effundere corã teſtibus,ſi uaſa ſibi ſint neceſ-

neceſſaria, vel pp vindemiam, vel pp nouam rõnem & iuſtã, vt ff.de peri.l.j.§.vlti.& l.2. Excepto caſu publicationis, qa hoc ad venditorẽ menſurare & effundere pertinet, vt ff.loca.ſi fundus. Niſi pactũ, quia licet venditor de natura cõtractus teneatur de dolo, lata culpa & leui, nõ tñ de caſu. ff.de peri.& cõm. rei ven. cuſtodiã. aut.& ſi venditor.& de act.emp.& ven. l.pe.C.de peri.rei ven.mora. ſed p pactũ. ff.de peri.& com.rei vend. ſi venditione. ꝓmiſſa ſpãli clauſula. qđ dic vt not.s.cõmodati.§.& inquantũ. ver.ſic directa. & ſeq. Vel culpa. ſ. caſum p̃cedentem, vt Inſt.e.§.cum aũt.in fi.& dixi s.de cõmo.§. & inquantum.ver.tenetur. Vel mora, qa tunc ſpectat periculũ ad moroſum, ẽt ſi res peritura erat penes aliũ. ff.de leg.j. cũ res. §. vlt. ſm Azo. ſed M. contrà, p l. ff.de rei ven. item ſi ver beratum. §. vlt. vltima vero mora ſp nocet. de peri.& cõ. rei. ven. illud. Vel calliditas. qa ſi vẽditor affirmauit bonitatẽ duraturã, imputat ei. ff.de peri.& cõ. rei vẽ. ſi qs vina. vel ſi ſciebat bonitatẽ nõ duraturã, hoc tacuit: vt in ea l. Eſt ẽt de natura contractus, ꝙ ſicut periculũ ad emptorẽ pertinet, ita & emolumentũ. vt ff.de reg.iur. ſm naturam. & iõ quod per alluuionem acceſsit & fructus, & partus rei ven. ad ipſum emptorem ſpectãt, vt C.de act.emp. & ven. fructus. ff.de act. emp.& ven. fructus. & l. pen. Item & actiones ei cedẽdæ ſunt. ff.de acti.emp. & vend. Iulia. §. ſi fructibus.

5 Ad quid emptor tenetur. † Ad hoc, vt preciũ ſoluat, & ipſũ faciat accipientis. ff.de act.emp.& ven. ex empto. vẽditor aũt non teneẽ rem facere recipiẽtis, vt patet j. e. §. & ad qd. & eſt rõ diuerſitatis, qa vẽditor tenetur in ſpecie, iõq; ſufficit ipſum de eui. teneri. emptor verò teneẽ in gñe, & ꝓpterea cogitur nũmus facere venditoris. ad hoc ff.đ le. j. ſi à ſubſtituto. §. hæ res quoq;. Itẽ ad hoc teneẽ emptor, vt obſeruet pacta q̃ fecit vẽditori, & ecõtrà, vt C.đ pa. iter ẽp. & vẽ. l. j. & pe. & vl.

6 f Et ad quid venditor †teneatur[f] Ad traditionẽ rei præcisè, ſm M. ff.de act.emp.& ven. ſi quis alienã. & l. exempto. Verius eſt, ꝙ ad intereſſe dãnetur. ff.de act. emp.& ven. l. j. Sic intellige, ꝙ venditor teneẽ vacuã poſſeſsionẽ tradere, hoc eſt, vt emptor potior ſit, ita ꝙ ab eo nequeat euocari, aliàs perinde eſt ac ſi tradita non fuiſſet. Quid. n. ſi alius ſit in poſſ. eiuſdẽ rei cã rei ſeruandę, vel legatorũ, vel mulier ventris nõie. & quidẽ tunc non dr̃ tradita poſſeſsio vacua. ff.de acti. empt. l j. §. j. & l. 3. & l. emptio. rñ. j. & l. emptorẽ. §. idẽ Neratius. Si verò tradatur res, & poſſeſsio vacua faciat emptorẽ dñm. ſi tñ ſatisfactum fuerit de precio, vel fides habita fuerit, non antè, vt ff.e. qđ vendidi. & de tributoria ac. ꝓc. §. ſed ſi dedi. Hoc, ſi vẽditor dñs erat, aliàs teneẽ de euic. & ſi non promiſerit, qa hoc eſt de natura contractus, vt s. dixi. §. q̃ ſit eius natura. & habes C.de eui. nõ dubitat. De natura aũt teneẽ in ſimplũ tm̃, & ad intereſſe. & in rebus precioſis cogit promittere duplũ. aliàs in duplũ condẽnabitur. ſic intellige ff.eo. l. 2. & l. emptori, & intellige duplũ precii conuenti, non cõis, vel eius quod valet tpe quo de euict. agit, vt ff.eo. cùm fundus. & l. ſi fundo. & l. ſi plus. Sed nunquid vltra duplũ poterit fieri ſtipulatio? Non vr̃, quia hæc ſtipulatio p̃toria eſt. ff.de p̃to. ſtip. l. j. §. ſtipulatio duplex. ergo non licet ai. quid addere, vel diminuere, vt ff.de ver.obl. in conuentionalib. ſtipu. rñ. j. dic illud verum eſſe, ſi ſimpliciter ſtipulatio facta fuit, vel niſi vtraq; pars cõſenſerit. ar. ff.de fer.& l. j.& C.de tẽp. app. l. vlt. in fi. vel nõ licet authoritate alterius q nõ ſit p̃tor, aliàs in quadruplũ põt fieri ſtipulatio: vt ff.e. ſi dictum. Et nunq d vltra f nõ vr̃ ſtipu. Inſti. de acti. §. oẽs. ſed illud verũ eſt de legali pęna. illa. n. nõ extẽditur vltra duplũ, ſed hoc cum cõuentionalis ſit, ẽt in centeſimum vel milleſimum ſtipulari põt, vt C. eo. ſi tibi liberã.& Inſti. de uerb. obl. §. ult.& de inuti. ſtipu. §. alteri.& ff. ſi qs cau. ſed & ſi qs. §. ult. & de p̃t. ſtip. l. ult. excipitur caſus ſpecialis. C. de ſpon. l. vlti.& eſt rõ ſpecialitatis. j. đ ſpon. gemma. de hoc dic ut not. s. de ſent.& re iud. ſub rubricell. de re iu. §. quis ſit effectus. ante fin. Dicuntur g autem res precioſæ g, margaritæ, ornamẽta precioſiora, ſerica & ueſtis, ut ff.e. l. 2. & l. emptori. uel dic relinquẽdum arbitrio iudicis, q̃ dicatur precioſa res, uel contemptibilis. ar. ff.de iure deli. l. j.& j. de dona. Apoſtolicæ. §. pen.& ultim. & ſm hoc tenetur de euict. ẽtſi dictum non fuerit in ſimplum, uel in duplũ, uel etiã milleſimum. Imò quamuis ſpeciali tei dictum ſit euictionis nomine nihil præſtitũ iri, nihilominus euictione ſequuta tenetur uenditor ad precium reſtituendum, niſi eſſet ſpecialiter dictum, ꝙ neque ad intereſſe, neq; ad preciũ teneat. ff.de act.emp. & uen.exẽpto. §. ult. tunc. n. de euict. non agit, neq; ad intereſſe, neq; ad preciũ. Item ſi cõuentus non denunciauit uenditori, ut ſibi aſsiſteret,& rem defenderet, uel hæredi, uel fide g iuſſoribus de euictione agere non põt emptor. ut C.de euic. autho. & l. ſi cũ quæſtio. & l. ſi parentes. & l. cùm ſucceſſores. niſi denũciatio remiſſa ſit, ut ff.e. l. Herẽnius. rñ. j. Põt aũt fieri denunciatio qñcunque ante ſnĩam. ff. de euict. ſi rem quam. §. ult. dũmodo ius ſaluum ſit uenditori. arg. ff. manc. ſi mandauero tibi. §. ſicut aũt. Inſt. mand. §. mã datũ. arg. j. de dona. Apoſtolicæ. ibi, hoc ſp eſt obſeruandũ, &c. Itẽ non agit, ſi contumaciter abfuerit tẽpore ſnĩæ. ff.de euic. ſi iõ contra emptorẽ. Vel ſi iniuria iudic. dãnatus ſit. j. e. c. ult. ff.de euic. ſi per imprudentiam. C.de euic. ſi non iniuria.& l. emptor. đ qua ſumptũ eſt. c. ult. dictius tit. Itẽ non agit, ſi rẽ alienam ſciẽter emit, niſi de euic. ſibi ſpãliter proſpexerit, ut C. de euict. ſi fundũ ſciens. uel niſi aliqd caſuale contingat: ut C. cõm. de leg. l. ult. & s. de re. eccle. nõ alie. ad audientiã. Itẽ non agit, ſi quid eſt qđ poſsit ei imputari, ut quia cõpromittit & ſuccubuit. ff.de euic. ſi dictũ. §. ſi cõpromiſero. Vel ſi alio mõ in culpa ſit. ff.đ eui. ſi rẽ quã. §. ſi duplæ. ſ. qa de poſſeſſore factus eſt petitor culpa ſua, ut. Itẽ non agit, ſi ſeruũ emptũ manumittit. ff.de euic. ſi ſeruum cuius. Itẽ ſi ſeruus emptus mortuus ſit, anteq̃ euincat. ff.de euict. ſi ſeruus uẽditus. Itẽ ſi cõtra l. uenditionẽ fecerit. ff.de eui. ſi mãcipiũ. rñ. j. Itẽ ſi rem uenditã pro relicta habuerit. ff.de euic. l. fi. Itẽ ſi bonam cãm uitio ſuo pp præſcriptionem perdiderit. ff.de euic. Herennius. §. ult. Itẽ ſi uenditor uoluntate emptoris in locũ uenditũ ſepultus fuerit. ut ff.de euict. ſi p imprudentiã. §. ſi qs locũ. Itẽ ſm Hug. nõ agitur, niſi appellauerit. ar. s. de proc. nõ iniuſtè. §. potuit. ff.de euic. Herẽnius. §. j. Azo contrà, & dicit ꝙ non hẽt neceſſe appellare. & aliud procura qui

Huc etiã ex Mart. vbi s. referẽdus eſt alius caſus, nẽpe vt vacua poſſeſsio tradatur. nã venditor ita tenetur rem tradere, vt emptor habeat vacuam poſſeſsionem. Vacuã aũt poſſeſsionẽ habere hoc eſt, vt emptor ĩ poſſeſsiõe ſit potior, ita vt ab eo aduocari nõ poſsit. Nã ſi quis eã p iudicẽ aduocauerit, pinde eſt, ac ſi tradita nõ fuiſſet. Vacua quoq; poſſeſsio traditẽ, ſi alius ſit in poſſeſsionem miſſus cã rei ſeruãdæ, vel mulier ventris nomine, vt ff.de acti. emp. l. 1. §. j. & l. 3. Hæc aũt traditio facit emptorẽ dñm ſi vẽditor dñs erat. Si non erat obligat nomine euictionis, ſi modo ſit preciũ ſolutũ, aut eo nomine ſatisfactũ. ff. de act. emp. l. exẽpto. & ſi venditor nolit rem tradere, tenetur ad intereſſe. d. l. j. Emptor quoq; tenetur facere nummos venditoris. d. l j. in fin. Martinus.

Dicunt aũt res preciosę.] Adde gl. ĩ l. emptor. ff.de euict.

h Dolus det cãm cõtractui.] Adde Bal. in c vnico. ad fi. de pl' pet. Ang. ĩ le aduersus fratrẽ. C. de exce. seu præscrip.

ra. qui cùm alienũ factum gerat, nõ vī bona fide versari, nisi appellauerit. nec obst. l. Herẽnius. §. j. nam qđ dicit venditore prẽsente. subaudiẽdũ est maximè. cõsulo tñ, q̃ emptor venditori pronũciet, quòd appellet, si putauerit appellandum. ff. manda. si procuratorẽ. §. si ignorantes.

nemini paratur præiudicium:in vltimo pararetur,vt colligitur j.q.j §.ecce.cùm honoris. Solutio.Aut baptizans intendebat baptizare perſonã, cuiuſcunq; ſexus eſſet,& ſic eſt baptizata, vt patet in his quæ not.s. in prox.q.Aut intendebat tñ maſculũ,& non fœminã baptizare, & ſic non eſt baptizata. vt apparet in his q̃ not.s.ead. q.rñ.j.& verſi.ſed cum paruuli. Aut de hoc non cogitabat, ſed ſimpliciter baptizabat, & tunc vĩ baptizata:vt apparet in his q̃ not.s.eo.verſ.ſed contr. & in dicto.verſi.ſed cũ paruuli.in his tñ vltimis caſib. ſi adhuc viuat,poſſet baptizari ſine errore,iuxta cõſilium quod not.j.e.§.ver. ſed ſi dubitetur, quod vĩ tutius.Quid de furioſis baptizatis?ſi ſemper fuit furioſus,tenet baptiſmus.arg.ff.de leg.2. cum pater.§.furdo. vbi dr emolumentum acquiri furioſo. nã & tales paruulis æquiparantr,& dormientib.ff.de acquir.poſſ. l.j.§.furioſus.nec grauatur actualib.peccatis. 3.q.9.iu 13 dicas.Ideo ſufficit,q̃ contradicere non pót.de conſe. diſt.4.tunc valere.& c.quæris. Si verò incidat in furorẽ,vel incipiat quis dormire,& baptizetr: & ante erat in propoſito baptizandi,character imprimitur,& baptizatus eſt.Sin aũt erat in voluntate contraria.ſ. non baptizãdi,nullus character imprimitur.j.e.maiores. §.ille verò qui nunquam conſentit. Quid ſi erat in ꝓpoſito non baptizandi,neque in contrario.ſ.baptizãdi,quia nec de hoc cogitabat? Dic,q̃ character imprimitur,vt apparet in his quæ not.j.eo.§.fi.ver.effectus aũt iſte.& ſeq.& ſic ẽt intellige j.eo.maiores.§. itẽ q̃- 21 ritur.45.diſt.de Iudæis.26.q.6.qui recedunt. † Quid de his,qui baptizantr inuiti? Si conditionalis fuit coactio,characterem recipit, & baptizatus eſt, & cogendus eſt fidem ſeruare.45.di. de Iudæis, quia coacta voluntas eſt volũtas.15.q.j.meritò. nec impedit talis voluntas ordinis ſacramentũ.74.diſt.vt iſta.neq; matrimoniũ.j.de ſpon.veniens.32.q.4.inter cętera.Si verò coactio abſoluta fuerit,nihil agitur,nec character im- 12 primit.j.eod.maiores.§.itẽ quæritur. † Quid de fictè baptizatis?characterem recipiunt,ſed non rem ſacri, id eſt, non proficit ad ſalutem, niſi illa fictio recedat. f de conſec.diſt.4.tunc valere.& c.ſolet.j.q.j.ficti.Quid ſi baptizans non intendit baptizare: ſed baptizatus hoc intendit?dicas,q̃ nihil confertur.de conſe.diſt.4. ſolet quæri.j.q.j.§.ecce qñ.nam & ſi per locum fiat ſtipulatio,non valet.ff.de actio.& obl.l.3.§.verborũ. ẽm Goff.dic q̃ ſufficit,ſi contraria intentio non adſit,ẽtſi per iocum fiat. ergo quicquid intendat baptizans, ſi baptizatus intendit nihil recipere, nihil agitur:vt patet j.eo.maiores.in fin. Itẽ quicquid intendat baptizatus,ſi baptizans intendit,vel tradere, vel traditur, vt in dictis iurib.quæ ſic intelligo:vt no.s.eo. ver.ſolutio.vt baptizans.& ver.ſed cum paruuli. Sed nunquid põt quis ſeipſum baptizare?non, ſicut recõciliare. de conſe.diſt.4.ſanctum.vt & no.s.e.ver.diſcretio. Quid ſi quis baptizaretur cum vino,vel cum ſaliua?non valet,imò requiritur aqua,non alius liquor. j.e. non vt apponeres.& no.s.e.§.reſpon.j. & ver.Item elementũ. Quid ſi alius liquor ſit cum aqua mixtus? videtur qđ tunc teneat, maximè ſi vinum miſceatur.argum.s.de celebr.miſſa.in quadam.& de conſe.eccle. vel altaris. quod in dubiis.quod doctores admittunt, ſi aqua prę ualet,aliàs contra. ſecus autem in ſacramento euchariſtiæ, in quo plus de vino requiritur, quàm de aqua. s.de celebr.miſſa.pernicioſus. per quam decret. videtur contrarium poſſe dici. cùm enim generalis conſuetudo eccleſiæ teneatur,vt in ſola & pura aqua,ſine alia mixtura fiat baptiſmus, videtur alia forma omni no reprobanda:vt ibi,& argum.de conſec.diſtin.4.de trina.j.de hæret. ad abolendam. vnde & ſi fortuito caſu hoc etiam factũ ſit tutius, videtur q̃ talis iterum baptizetur, iuxta conſilium ſcriptũ. j. eod.§.fin.verſi.ſed ſi dubitetur. Quid ſi is,de quo dubitatur, vtrum baptiſmus ritè collatus ſit, moriatur paruulus, anteq̃ ſenſum vel rationem effectualẽ habeat? relinquo ipſum filio Dei,cui pater omne iudicium dedit. Quid ſi Latinus nõ in Latina lingua,ſed in Græca, vel in Hebraica,vel alia extranea baptizat aliquẽ, & profert verba apta & cõgrua? baptiſmus tenet.nã & Apoſtoli variis linguis loquebãtur.ad hoc C.de ſent.& interlo. oĩum iud.iudices.& forma realis potius attẽdẽda eſt, q̃ verbalis.de conſe.di.4.retulerunt.& iunge quod no.s. de ſent.& re iud.ſub rub.de ſent.§. qualiter proferri de- 13 beat.ver. poſſet & illud dici. † Quid ſi quis baptizet in nomine genitoris,& nati, & ſancti flaminis? dic q̃ tenet:quia nec refert vtrũ ex æquipollentib.quid dicatur.ff.de verb.obl.quæ extrinſecus:& l.ſi in nomine.j. de verb.ſig.tñ his.ſm Goſ.hanc tñ æquipollentiã non nimis proſequaris.vt patet in his quæ no.s.eo.verſic. quid ſi aliquod verbum.& ſeq.cum ſequenti quæſtione.Et nunquid poteſt baptizari in nomine paternitatis,filiationis,& ſpiritualis ſanctitatis? non, ſecundũ Goff. Sed cũ nemo ignorans vel non conſentiens obligetur.C.de dona.nec ignorans,vnde & is,qui nihil intẽdit,non obligatur:vr C.de falſa mon.l.j. Quæritur, qũo paruuli,qui conſentire non poſſunt, obligantur, vel amentes,vel dormientes,vt not.s.eo.ver.quid de furioſis. & ſeq. & tenentur adſtricti ad ſeruandas oĉs ſponſiones factas ante baptiſmum.de conſe.diſt.4.rñ. j.ſpeciale eſt in baptiſmo,vt aliquis ignorans obligetur per alium:& eſt rõ ſpecialitatis;q̃a per hoc fit melior conditio baptizati, cum à ptãte & vinculo diaboli liberet.& ſic neceſſe hẽt hoc habere ratũ.ar.de neg. geſt.ſoluendo.& l.ſed an vltro.ff.de ſolut.ſolutione.

f Baptiſm'fluminis J Adde gl.in c.Apoſtolicã.de præſ.non bapt.gl.ſummæ de conſ.di.4.& gl.in c. firmiſſimè.15.q.1.

Quot eius † ſpecies.

24 Tres: eſt eñ baptiſmus fluminis f, flaminis,& ſanguinis.Fluminis.i.aquæ. de hoc dixi s. §. proxi.Flaminis.i.ſpiritus ſancti: vt ſi aliqs velit baptizari,& hoc deſideret cum ſummo feruore animi: ſi nõ inuenit qui eũ baptizet,& ſic moriatur,ad æternã patriam conuolat, ex quo baptiſmum non contemptus religionis,ſed articulus neceſsitatis excludit,vt legit. de Iudæo,qui ſeipſum baptizauit.j.eod. debitum.de conſe.diſt.4.vicem.& c.cathecumenum.& c.non dubito.Inde legitur,q̃ cum beatus Ambroſius Valentinianum duceret ad baptiſmum, mortuus eſt Valentinianus.Vnde Ambroſius, Doleo ventrem meũ,quia quẽ regeneraturus eram,perdidi: ille tñ gratiam quã poposcerat.non amiſit.j.de presby.non bapti.Apoſtolicam.Dixi,doleo ventrẽ, per ſimilitudinem,ſicut poſſet dolere mater,ſi amiſiſſet partũ.nam ſicut carnaliter gignitur filius,carnali actu interueniente:ſic ſpũali interueniente, generatur ſpũalis, & per characterẽ exteriorẽ character interior imprimitur animę,ſicut baptizans,quantum ad exterioré, pater ſeu paternus intelligitur: ſic quantũ ad interiorẽ ſpũs ſanctus.j.e. debitum.& ſic anima eſt filia Dei. inde Propheta: Audi filia, & vide,&c.& dr ſponſa.inde Apoſtolus:Deſpõdi vos vni viro,&c.ad hoc j.de co.ſpi.§.quot eius ſpecies.ver.ſit ergo baptizans.& præc.& j.de presb. non bapt.veniẽs.Eſt & baptiſmus ſanguinis, quo ſancti Innocentes baptizati intelliguntur: vt ſi credẽs in Chriſtum,antequã baptizetur, occidatur pro Chriſto. de conſec.diſtin.4.baptiſmi vicem.

Quis sit effectus.

† Remissio omniũ peccatorum. nã sine pœnitentia omnia peccata tollit actualia & originalia. de consc. di. 4. sine pœnitẽtia. & de pœn. di. 7. §. hoc aũt. & c. seq. nullus expectet: vt probatur, ꝙ talis moriens nec purgatorium tangit g, sed & per pœnitẽtiam, si postea corruerit, homo resurget, & reparabit, & nouus efficitur. s̃. de sum. tri. c. j. §. sacramentorum. & §. fi. & 50. dist. ferrum. Originalia tñ remanent actu, licet tollantur reatu. de consec. distin. 4. non ex quo. licet autem baptismus tollat peccata, non tñ tollit notã seu irregularitatem: ergo nec bigamiã. 26. dist. acutius. & ca. vna tm̃. & si aliqs adultus baptismũ accipit fictè. s. qa non conterat, qñ recipit, licet character in eũ imprimat, non tñ gra, nec remittunt peccata: sed tunc demum incipit operari, cùm fictio recedit. de consc. dist. 4. cùm valere. nã gratia in baptismo non quærit gemitũ, vel planctũ, nec opus aliquod, sed solã contritionẽ cordis, & fidẽ. & sic omnia gratis cõdonat: vt ibidẽ probatur. & c. sine pœnitentia. ſm Ambrosiũ, ad idem. de pœnitentia. dist. j. § similiter. in fi. & hoc intellige, quantum ad peccata actualia. nã originalia per vim sacri remittuntur paruulis: secus in adultis, in quib. requiritur cordis contritio. aliàs ẽt originalia non remittentur, hoc intelligas, ẽt si dormientes baptizentur, vel amentes, sed postea vigilãt, vel sani facti sunt, & sui cõpotes, nec cõteruntur. Sed si nullum actuale peccãtũ cõmiserant: vtputà, quia à natiuitate continuo furore laborauerunt, non video quare talib. non dicã peccata dimitti & originãlia, & actualia. & hæc distinctio cõprobatur j̃. e. maiores. §. cæterũ. & seq. ſm hoc intellige qd̃ pręcedit, & qd̃ legitur de consc. dist. 5. à ca. paruulo recenter nato. vsque ad c. manus quoque. & 26. q. 6. qui recedunt. & j̃. e. maiores. §. verũ. & §. seq. hic verò. & seq. Effectus aũt iste in contradicente nihil operatur: secus, si aliqui coacti veniant ad baptismum. quia tales cogendi sunt fidẽ, quam susceperunt seruare. nam ex quo non contradixerunt, characterẽ receperunt. j̃. e. maiores. §. itẽ quæritur. & §. illæ. tunc ergo characterem sacrãlem imprimit operatio, cũ obicem voluntatis non inuenit existentẽ expressim: vt in d. c. maiores. in fin. Vnde imprimitur, ẽtsi per iocum fiat hoc, vel derisum. dũ tñ is q immergit intendat baptizare. & sic intellige ſm Hu. j. q. j. §. ecce quando. de consec. dist. 4. quamuis. & c. solet. Ideo paruulus characterẽ recipit, licet reclamet, quando peruenit ad ætatem legitimam. de consc. dist. 4. quæris. & c. paruuli. Sic ergo ſm Hugo. † requiritur, 16 ꝙ baptizãs intendat baptizare, aliàs nihil agitur, sed non requiritur intentio offerentium, vel baptizatorũ, sicut idem Hugo nota. de consec. dist. 4. solet. Alij dñt ꝙ nec intentio baptizantis requiritur, cùm sit sacrm necessitatis, licet aliud sit in sacramentis, quæ voluntatis sunt. & in hac opinione vr̃ fuisse Gra. j. q. j. §. ecce. cum honore dicas, ꝙ in in baptizante non requiritur intentio, quæ pro baptizato sit: dũmodò cõtraria nõ adsit. vnde & ebrius baptizat. j. q. j. dedit. qui tñ nihil intendit. nã qd̃ sobrius cauet, ebrius ignorans cõmittit, nescit quid loqtur, sepultus iacet. 15. sanè. qd̃ dic, vt s̃. e. §. quæ sit eius forma. ver. sed cũ paruuli. Sed & q̃uis impresso characteri non possint baptizati renunciare. j̃. de diuor. quanto. §. pen. tñ effectui characteris. i. saluationi renunciare pñt baptizari, vt in supradictis ca. sic tollit contra. s̃. de reg. cũ scimus. j̃. eo maiores. §. sed adhuc. & seq. & est rõ, quia character semel receptus amitti non põt, quia qd̃ factũ est, neqt non fieri. 32. q. 5. si Paulus. ff. de cap. & postli. reuers. in bello. §. factũ. & s̃. de ordi. ab epõ, qui renun. episc. c. j. In fin. not. ꝙ baptismus non est reiterandus, sicut nec cætera sacrã, vt dixi s̃. de sacr. nõ reiter. ꝙ si quis fecerit, si clericus sit, deponendus erit. de consc. dist. 4. qb. eos. ꝙ si laici hoc fecerint, excõicandi sunt, & grauiori pœna feriẽdi. nec possunt ordinari. q. 7. qui in qualibet. Sed si dubitetur de aliquo an sit baptizatus h, põt h baptizari, his verbis præmissis, Si tu es baptizatus, nõ es, baptizo te in nomine Patris, &c. de consec. dist. 4. si nulla. j̃. e. c. 2. & hoc intelligas siue de facto, siue de iure dubitatio oriat, maximè in his casib. in quib. sunt diuersæ opiniones, vt no. s̃. e. §. quę sit forma, ver. quid ergo si quis putet. & prędeden. ad hoc s̃. de rescr. scisci tatus. & not. j̃. tit. j. veniens. sicut & dixi de ecclesia. s̃. de consc. eccle. vel alta. sub j. dist. 68. distin. presbyteri quos. & §. seq. Et dicunt quidam, & licet esse primitùs baptizatus, nihilominus characterem recipit. arg. in proxi. d. c. quia & possessio ex plurib. causis acqri põt. ff. de acqu. poss. possideri. §. ex plurib. sed non est verũ, ꝙ in hoc casu ad vocẽ solummodò refertur, ſm Gra. 68. dist. §. quid ergo. argum. ex eo, quòd libertas seruo præstita nihil addit. C. de manumiss. vindict. l. 2.

g Nec purgatorii tã git.] Doct. in ca. qd̃ aũt de pœni. & remi. & ibi Anto. Ros sellus in sua repetit. & per doc. in clem. abusionib eo. tit.

h Si dubitetur de aliquo, an sit baptizatus.] Adde an rebaptizatus scienter sit irregularis, vide p Arch. in c. qui in aliqua. circa princip. q. 1. dist.

a Sit fundamẽtũ omnium sacramentorũ.] Adde gl. summæ de consc. dist. 4. c. per catechismũ. d̃ cog. spi. li. 6. gl. in c. quinq; 77. di. Arc. in c. caue. 28. q. 1.

De Presbytero non baptizato. Rubrica.

SVMMARIA.

1 ☞ *Non baptizatus accipiens ordines, an sit ordinatus.*
2 *Presbyter si mortuus fuerit, antequam baptizaretur, an cẽ*
3 *Clericus non baptizatus, an conficiat. (seatur baptizatus.*

Gimus suprà de baptismo, & eius effectu, dicamus de presbytero non baptizato. Quid iuris sit de ordinibus receptis à non baptizato, Quid si mortuus fuerit, antequam baptizaretur.

Quid iuris sit

† de ordinib. receptis à nõ baptizatis. Vr̃ ꝙ talis ordinatus sit. dũ tñ fidem haberet, qa talis baptismo flaminis intelligitur baptizatus: vt patet in his quæ no. j̃. eo. §. pxi. sed dic ꝙ illud locum habet quousq, pro certo didicerit se non esse baptizatũ: postea verò iã incipiet cõtemnere sacrm: & sic perdit baptismũ flaminis. dic ergo, ꝙ si euidẽter deprehendat̃, ꝙ ante baptismũ fuerit ordinatus, nihil recipit. & iõ baptizat̃, & iterũ ordinat̃. j̃. c. j. Idẽ est si forma nõ fuerit obseruata, d̃ qua dixi s̃. ti. j. §. q̃ sit eius forma. & j̃. eo. c. veniẽs. Idẽ si dubiũ sit, ut no. s̃. ti. x. §. fi. ver. sed si dubitet. qa nõ vr̃ iteratũ qd̃ ambigit̃ esse factũ. j̃. eo. c. vlt. §. fi. Et hoc scias, ꝙ vbicunq; dubiũ esse põt de iure, vel de facto, vtrũ tenuerit sacri collatio põt conferri ſm formã ecclesiæ, quã dixi s̃. ti. j. §. q̃ sit. Dubitat̃ de facto. s̃. tit. j. c. 2. De iure. j̃. e. c. veniẽs. nã in prima parte alleger, ꝙ talis ordinandus sit: qa cũ baptismus sit fundamentũ oium sacrorum, a vt 32. q. 6. §. verũ. si deficit fundamẽtũ, corruit qd̃ superædificatũ fuit, qa sine fundamento, sicut in aere superædificari non põt. j. q. j. cũ Paulus. ad idẽ j̃. e. c. j. j. q. j. si quis confugerit. & c. si quis per ignorãtiã, in secũda verò parte allegat in cõtrariũ. In tertia verò parte dicit, ꝙ cũ possit dubitari de iure, iterũ cõferri põt: & sic vr̃, ꝙ siue de iure, siue de facto dubitet, dicta forma seruãda sit. Alij cõtradicunt, & dñt, ꝙ vbi dubitat̃ de baptismo, seruatur illa forma, sed vbi certa est, quòd non fuit baptizatus, seruatur communis.

1 Quid iuris sit

Et idem

Et idem dicunt ēt in ordinib. conferendis, quod pōt concedi: dūtū conferens non intēdat cōferre, niſi ſub conditione, aliàs contra. nā &c. veniēs certū erat, qđ non erat baptizatus, cùm forma nō fuiſſet ſeruata: & ideo credo verius quod prȩmiſi, nam ſi cōmunis forma ſeruetur, poteſt eſſe periculum, in alia nullū erit.

2 b Quid ſi quis †mortuus fuerit, antequā baptizaretˉ? b Vī ꝙ ſit baptizatus: quia ſine baptiſmo nullus ſaluatur. de conſe. diſt. 4. catechumenum. & c. firmiſsimè. & c. de generante. & ca. nulla. 15. q. j. §. vt itaque. ſed illa ca. locum habent, qñ aliquis ſcit ſe non eſſe baptizatum, & contemnit baptizari. aliàs autē in fide baptizatur, ſicut legitur de centurione, de conſe. diſt. 4. non dubito. 2. q. 7. nō omnis cum latrone. de conſe. diſt. 4. baptiſmi vice dicendum eſt igitur, ꝙ talis ſaluus eſt, dummodò fidem habuit, ſ. propter fidem ſacrī, non ꝓp ſacrm: quia illud deficit. s̄. tit. j. debitum. & iō pro ipſo orandum eſt, qa talis baptiſmus inuiſibiliter miniſtratus intelligitur, cùm ipſum nō contēptus religionis, ſed terminus neceſsitatis excluſerit. ȷ̄. de conſuet. quanto. ȷ̄. eo. Apoſtolicā. & patet in his quæ not. s̄. tit. j. §. quot ſint eius ſpecies. & ideo expone. ver. ȷ̄. e. veniens. §. vlt. ibi, nec malè, & c. ſacramento. i. fide ſacramenti, ꝓp quam ſaluatur qs, cùm illud. ſ. ſaluetur, intelligatur, qñ ipſum ſacramentum baptiſmi religionis, &c. Sed ſi quis de parentibus Chriſtianis natus fuerit, & inter eos conuerſatus, tñ violenter præſumitur, ꝙ baptizatus ſit, vt hæc præſumptio pro certitudine habeatur, donec euidentiſsimis argumentis contra oſtendatur. ȷ̄. eod. veniens. in fi. de conſec. diſt. 4. paruulos. & idem intelligas de ordinibus ſm Goffred. quod non videtur omnino. arg. j q. j. §. ecce cùm honoris. ſed & contra talē præſumptionem probari poteſt: & ſic contra præſumptionē iuris tm̄ admittitur probatio. 35. q. 3. extraordinaria. 35. q. j. nec aliqua. s̄. de probat. ꝓpoſuiſti cauſam matrimonij. †Sed nunquid conficit is qui baptizatus non eſt, dummodò ordinatus ſit? Dicūt quidā, ꝙ non: quia nec ordines recepit. j. q. j. ſi quis confugerit. ſed certè ibi alia ratio reformat pactum: quia ibi loquitur de illo, qui dum erat hæreticus, fuit ordinatus: ſecus, de illo qui fidelis eſt: & ideo poteſt dubitari propter allegationem quam fecit Inno. III. ȷ̄. eod. veniens. §. j. & quia hoc indiſcuſſum reliquit. in §. ſeq. cum dicat hoc in dubitabili caſu, & timeri poteſt, ne animæ ſint deceptę. s̄. de elect. dudum. 2. ſed ibi loquitur de illo qui malam fidem habet: illud autem certum eſt, ꝙ quantum ad populum, & Deum, & homines, & ſeipſum, quò ad ea quæ facit, antequam deprehenderet, ſe non baptizatum, perinde eſt, ac ſi baptizatus eſſet propter fidem ſacramenti. arg. s̄. de ſent. & re iud. ad probandum. ff. de offic. presbyt. Barbarius. C. de teſta. l. j. Hoc autem intelligas, quo ad ea, in quibus ſubueniri poteſt: alia. n. omnia dico reiterāda ſub illa forma, quæ no. s̄. ti. j. §. vlt. ver. ſed ſi dubitetur. cū ſit dubitabile iuris, vt dixi s̄. e. §. j. Omnia dico q̄ non poterant fieri, niſi per ſacerdotem. ſicut benedictiones coniugum. ȷ̄. de ſecund. nup. c. j. & 2. Et ſi conſecrauerat hoſtias infirmis, vt darentur eis, dico iterū conſecrandas. Idem in pœnitentiis viuentium: ſed parochiani ignorantes in hoc omnino excuſati ſunt. s̄. de cohab. cler. veſtra. & c. tua.

De Cuſtodia Euchariſtiæ. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Euchariſtia qualiter debeat cuſtodiri.*
2 *Clerici poſſunt vti bonis veſtibus; dum tamen ceſſent à prohibitis.*
3 *Euchariſtia nulli peccatori eccleſiaſtico eſt denegāda.*
4 *Euchariſtiā non benè cuſtodiens qua pœna puniatur.*
5 *Euomēs euchariſtiam per ebrietatē, vel voracitatem, quomodo puniatur.*

b Mortuus fuerit anteq̄ baptizaretur.] Adde anquis poſsit baptizari poſt mortem. vide ꝓ Archi. in c. quanto. 2. quę ſtion. 4.

AVdiſtis de presbytero non baptizato, & celebratione miſſarum, in quibus tractatū eſt de confectione euchariſtiæ, & chriſmatis: videamus de cuſtodia ipſorum. Qualiter debent cuſtodiri, Quæ pœna non cuſtodientis.

1 Qualiter †debent cuſtodiri. In loco ſingulari, mūdo, & ſignato, honorificè cuſtodiri debent, & ſub clauib. ne manus temeraria ad ea extendi poſsit, ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda. s̄. de cele. miſſa. ſanè. rñ. j. ȷ̄. e. c. j. Hoc autem ſtatutum eſt ꝓp illos, qui inde ſortilegia cōmittunt. & quia per laicos non eſt deportāda euchariſtia ad infirmos. de cōſe. di. 2. peruenit. Poteſt tñ per diaconū deportari in neceſsitate. 93. di. p̄ſente. & c. diaconus. Dēt aūt ſacerdos monere & docere parochianos, vt qñ euchariſtia eleuatur in eccleſia: vel qñ defertur ad infirmū, deuotè ſe inclinent: & dēt ſp lumē præcedere, quia cādor eſt lucis ęternæ: & eūdo & redeūdo ad infirmū dēt, ipſam portare honorificè ante pectus, & cū magna deuotione: trāſgreſſores aūt ad arbitriū ſuperioris puniunt. s̄. de cele. miſſ. ſanè. §. j. & 2. Nedum euchariſtia vel chriſma, ſed ēt eccleſia cuſtoditi debet. ideò non debent in ea poni ſupellectilia, niſi inſtanti neceſsitate, aut ꝓp hoſtiles incurſus, vel ꝓp incendia repētina, quib. ceſſantib. in loca priſtina reduci debent: oratoria aūt vaſa corporalia, & veſtimēta oia ſeruitio eccleſię deputata mūda & nitida cōſeruentur, quia nimis abſurdū vī. in ſacris ſordes negligere q̄ dedeceret ēt in profanis. ȷ̄. e. relinqui. Et eſt argumentū. †ꝙ clerici pñt vti bonis veſtib. 2 dum tm̄ ceſſent à prohibitis s̄. de vita & hone. clē. cleri ci. dūmodò non faciant hoc ad iactantiā. 21. quę. 4. oīs iactantia. diſſolutos. n. & fractos veſtibus non recipiemus. 41. diſt. per ſimoniam. & §. vlt. Statuitur ēt in regula fratrum minorum, ꝙ tales nō reprehendantur, ſed potius vnuſquiſque ſeipſum diſpiciat, quia & mulieres poſſunt deferre precioſas veſtes, ſi placet viris. 33. q. 5. quod Deo patri. Sed nec peluis, nec veſtimenta, ſeu ornamēta, vel vaſa altaris, ſeu eccleſiæ ſeruitio deputata aliquid aliud tāgere debent, nec aliis vſib. deputari, nec ad nuptiarum ornamenta præſtari. de conſe. diſt. j. nemo per ignorantiā. & c. veſtimēti. & c. nuptiarum. ꝙ vī intelligendum, ex quo ſunt per Pōtifices benedicta. vt s̄. de rer. dot. cap. 3. Cùm verò talia ſordida fuerint, diaconi humilibus miniſtris intra ſacrarium ipſa lauent. de conſecrat. diſtinct. j. nemo. Et ſi fuerint vetuſtate conſumpta, incendio comburantur, & cineres in baptiſterio, vel ſub ſoſſa, ita quòd non poſsint pedibus hominum conteri, recōdantur. de conſecrat. diſtinctio. j. altaris. ne ſemel Deo dicata ad humanos vſus conuertantur. 29. quæſti. 3. §. ſemel. 14. quæſtio. fin. comperimus. 12. quæſt. 2. nulli. 54. diſtinctio. ex antiquis. 17. quæſtion. final. quæſt. de conſecrat. diſtinctio. j. lingua. 3 † Euchariſtia autem nulli peccatori eccleſiaſtico denegāda eſt, q̄uis ipſum peccatorum ſciat. de conſe. diſt. 2. non prohibeat. & c. ſicut Iudas. Sed notorio prohibetur, niſi pœniteat. de conſecr. diſt. 2. pro dilectione. s̄. de elect. Oſius. in fin. & c. licet de vitanda. §. antepenul. ibi cum Dathan & Abiron.

a Nō debent venales exponi.] Adde tex. in c 2.e.ti.c.ad hoc. de religi.domib.gl. & Bal. in l 3. C. de sac.san.eccle.

b Nouæ verò.] Adde Card.Zab.in c.fi.in 4.not.eo.tit.1.

c Corpora sanctorū.] Adde in summa Pisanella.in verbo reliquię.in §.cuius autē. & in summa Angelica in eodē verbo.

d Quousq; sic per papā approbat⁹.] Adde Troiū Malueciū & Franciscū Pauinū & Marti.de Lau.in suis tractatib. ď reliquiis & venera.san.

e Est aūt catalogus.] Adde c. qñ.19.qu. 3.& gl.in c.quorūdam.34.dist.

a Ieiuniū.] Verior est Mart. nostri bimēbris diuisio: nā & prandii subtractio corporali ieiunio cōtinetur. Primū ieiunii genus perfectū rectè putauit idem, adquod oēs teneri scribit: quod aūt & quale,& qs eius effectus, diuinè explicuit propheta Esai. c. 58. Adde doct.in rub.e.ti. & p Card. Alexan.in ca. denique.4.dist.

Abiron.ĩ.de pœn.omnis.Datur aūt aliqñ non baptizato, scilicet quando creditur baptizatus. s̃.titu.j. c.2. sic intellige s̃.tit.j.veniens. §.j.

4 Quæ pęna non † custodientis. Hæc est, ꝙ si eucharistiam vel chrisma sacerdos minus cautè dimiserit,q̃uis nihil ne fariū inde contingat,tribus mensib. suspendi debet. C.eo. si quid nefandum inde contigerit,grauiori ad arbitriū iudicis subiacebit vltioni. ĩ. eo.c.j. †Si quis aūt per ebrietatē vel voracitatem eucharistiam euomit, 40.dieb. pœniteat, si laicus sit. nam clerici, vel monachi, diaconi, vel presbyteri 70. diebus pęniteant. de conse.disti.2. si quis per ebrietatem episcopi.Si pro infirmitate hoc contigerit.7.diebus.

De Reliquiis, & veneratione Sanctorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 ☞ *Reliquiæ antiquæ & approbatæ nō debent venales exponi.*
2 *Corpora sanctorū non sunt transferenda de loco ad locum sine licentia papæ.*
3 *Canonizatio sanctorū qūo debeat fieri.*
4 *Catalogus quid sit.*

Voniam confectratio altaris, de qua s̃.dictum est, sine reliquiis fieri non debet.de consec.dist.j.placuit.dicamus de reliquiis,&c. Et sciendum,
1 quòd † reliquiæ antiquæ & approbatæ non debēt ve
a nales exponi, [a] nec extra capsam trahi.nouæ verò [b]
b sine licentia Romanæ eccl. publicè venerati non debent. ĩ.eo.c.2.C.de sac.san.eccle.nemo martyres,qa res sacrę vendi non possunt:vt not. s̃. de contrahend.
2 empti.& vend. † Sed nec transferenda sunt corpora
c sanctorum [c] de loco ad locum sine licentia principis, id est, Papæ.de conse.dist.j corpora ergo ad Papam pertinet approbare, siue reprobare: quia quem approbat, approbatus est: & quē reprobat reprobatus est.23.q.j.hæc est fides.& ca.quoniam. vetus.& q. 51.sanè profertur. Ideo reprobantur hi,qui hominē quendam in ebrietate occisum tanquam sanctum venerabantur:quia ebriosi nō possidebunt regnū Dei: & ecclesia pro talib.vix permittit orare. ĩ. eod. ca. j. Ideo dicit, Vix,quia si sit assidua, peccatum mortale est, & tunc non est orandum: secus, si semel in anno
x contingat, vel aliquid sumat in cibo vel potu vltra q̃
a deberet.de conse.dist.5.nullus.25.dis.§.aliàs.& vide super hoc quod not.s̃.eo.de tempo.ordi.sub §.3.cum nona regula. Ideo ēt dicit, ꝙ publicè non veneretur aliquis tanq̃ sanctus,quousque sit per Papam approbatus [d] quoniam & per malos aliqñ fiunt miracula.
d j.q.j.teneamus. Ideo diligenter inquirendum est de vita & conuersatione, & miraculis, & omnia transmittenda domino Papæ, vt ipse approbet, vel repro-
3 bet.s̃.de test.venerabili. † Et no. ꝙ ad canonizandos sanctos,& in sanctorum catalogo, de quo habes 19. q.2.quoniam conscribendos. & hoc modo peruenit. Primò oportet inquiri de vita sua, vt ipsa ptior testimonium fuerat pro laboribus multis, nomine Christi toleratis: pro morib.castis, pro actibus strenuis. 61. dist. miramur. oportet.n. præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri. 12.q. quatuor.maximè de simplicitate & humilitate quæri dēt.s̃.de præsump.ex studiis.Itē vtrum in uita persecutiones passus fuerit.7.q.j. omnis qui gemebat.& de cā persecutionis,vtrū.s. quia volebat iusticiā exercere, vel pp charitatem. j.q.j.vide quantum bonum. Itē quęrendū est de miraculis,& in vita & post mortē factis.in quo quatuor requiruntur. Primū est,ꝙ à Deo,nō ex arte procedat.j.q.j. teneamus. 2.q.7.§.itē Balaā.j.q.j.prophetizauit. Secundum,quod sit cōtra naturam,licet dicat lex,ꝙ in his quę raro contingūt, miraculū est,in auth.de consulib.§. & post illud.coll. 4.Tertium est,quod non est vi verborum,sed ex merito hominis hoc contingat: hoc ideo quia panis trāssubstātiatur in corpus miraculosè. s̃. de cele.miss.cū Marthæ.§.q̃siuisti ēt. sed virtute verborū. de cōse.di. 2.quia corpus.& c.in quibusdam. Quartum est,ꝙ sit ad corroborationē fidei. nam & herba transit in vitrū ministerio hominis: sed pp hoc fides non corroboratur.& iunge quod not.s̃.de ele.§.quis eligi.vers. canon tñ antiquus. & seq.Et hoc intellige de confessorib. de martyrib. aūt non fit tanta examinatio,sed quæritur tñ de miraculis,& causa,pp qua passi sunt. arg.de conse.dist.4.catechumenum. & c.baptismi.vi
4 cem. †Est aūt catalogus [e] sermo,nomina aliquorum
e cōtinens ordinatè. à κατὰ,quod est iuxta,& λόγος,qđ est sermo,ſm Hug. Item hi qui causa deuotionis accedunt ad aliquā ecclesiā pp miracula, quæ ibi fiūt, non sunt falsis vel fictitiis documētis decipiendi:sicut occasione quæstus fieri consueuit. ĩ. c.c.2. in fine.

De Obseruatione ieiuniorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 ☞ *Ieiunij diuisio,& definitiones.*
2 *Ieiunandum qualiter sit. Et quando sit ieiunandum.* 5.
3 *Quadragesimæ tempore à quibus abstinendum sit.*
4 *Diuites an cogantur vti cibis pauperum.*
6 *Ieiunare an teneatur quilibet in Quadragesima.*
7 *Aduentu Domini an sit ieiunandum.*
8 *Vigilia alicuius sancti si sit die Dominica, an sit in illa ieiunandum.*
9 *Episcopus an possit dispensare in voto ieiunij.*
10 *Ieiunandum quando non sit.*

Igimus de veneratione sanctorum & quia aliquorum festiuitates colendæ sunt, & vigiliæ ieiunandę,dicamus de obseruatione ieiuniorum dicentes, Quotuplex sit ieiunium, Qualiter sit ieiunandum, Quando ieiunandum sit, Et quando non.

Quotuplex sit †ieiunandum.[a]

Ad hoc notandū, ꝙ ieiunium triplex est. Primum est magnum,& generale,abstinere.s.ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium.& ipsum elegit Dominus:de conse.dist.5.ieiunium.Secundum est discreta & moderata refectio, vt scilicet singulos dies absq;ciborum luxuria transeamus.de consec. distinct.5.sit. & capit. non dico.Et hæc duo ieiunia omni tempore, & dieb.singulis sunt seruanda.Tertium est subtractio gaudij, & post cenā cuiuslibet cibi priuatio,vsque in diem sequētem,hoc est semel in die tantùm hora congrua comedere. ad hoc de consec.di.3.de esu.& 4.dist.denique.

Quali-

1 Qualiter † ſit ieiunandum. Vt quilibet viriliter reſiſtat tentationi gulæ, quæ, ſm beatum Grego. 5. modis rẽtat, & vincit. Primò, cũ aliquis indigentiæ tẽpora præuenit, puta comedit, & nõ indiget, nec eſurit. Secundò, qñ non prę uenit, ſed lautiora. i. plura fercula, q̃ expediat, vult habere. Tertiò, qñ ea quæ ſumenda ſunt expedit accuratius procurari. i. nimis curiosè, vel deliciosè. Quartò qñ & ſi tempus & qualitas ciborũ cõgruat, in ipſa tñ quantitate ſumẽdi excedit. ſ. quia nimis comedit, ꝙ crapula vocatur. Quintò, qñ & abiectius. i. vilius eſt, quod deſiderat, ipſo æſtu immenſi deſiderij deterius peccat: vt hęc probantur de conſe. diſt. 5. quinq; modis hę quinq; tentationes dieb. ſingulis ſunt vitãdæ. cõprehenduntur aũt hoc verſu, Prępropè, Lautè, Nimis, Ardenter, Studiosè. & iunge quod no. ſ. de tẽpo. ordi. ſub §. 3. ver. eſt igitur crapula. & ſeq. Sed tempore ieiuniorum ab eccleſia inductorum, vĩ abſtinendum eſſe nedũ à carnib. ſe & ab omnib. quæ ſementinã trahũt originẽ à carnib. puta lacte, caſeo, ouis, cæterũ piſcium eſus, vt ſit infirmitatis ſolatiũ, non luxuriæ pariat incendium, ſiue incentiuũ, cõceditur. denique quia à carne abſtinet, nunquã ſumptuoſa conuiuia beluarum præparet marinarũ, ſm Gra. 4. diſt. de
b nique. b Sed contraria eſt conſuetudo, quæ hoc non ſeruat, cui in talib. vĩ eſſe ſtandũ. vt 76. diſt. vtinã omni tẽpore. † Solutio. dic ꝙ in Quadrageſima abſtinẽdum eſt à carnib. & ab his quæ trahũt originẽ ſemẽtinam, de conſe. diſt. 3. non oportet. ſed & ſi eſſet à beluis marinis abſtinendũ, eſt tñ de cõſuetudine tolerãdum, quia qui nimis emũgit, elicit ſanguinẽ. Et ſic intellige, nam & ſic loquitur 4. diſt. denique. & duobus capitulis p̃cedẽtib. inſextis aũt feriis, & aliis ieiuniis, cõſuetudo illorũ, inter quos quis conuerſatur, ſequẽda eſt. vt patet in his quæ no. ſ. e. §. qñ ieiunãdũ. ver. nam quiſquis. & ver. in decretis. ergo Pariſiis comedam oua in ſextis feriis, ſed Ebreduni abſtinebo. niſi ꝙ Pariſiis cauſa exempli abſtineam, pp prælationem.
ar. 11. q. 3. præcipuè. ſ. de voto. magnæ. §. j. & ſ. de ſacr. vnc. c. vnico. §. ad exhibendũ. ver. de odore famæ. & ſequen. & hoc intelligas, niſi à ſacerdote pœnitentiam imponẽte certus modus abſtinentiæ ſit inuentus. nã is, non obſtante cõſuetudine cõtraria, eſt obſeruandus, vt probat 82. di. presbyter. 33. q. 2. admonere. vt tñ ſemper neceſsitati ſubueniatur, & periculis occuratur. de conſe. diſt. 3. de pęnitentib. diſt. 5. ieiunia in eccleſia. ſ. e. conſilium. §. pe. & fi. & iunge quod no. ſ. e. §. ieiunandum. ver. hoc etiã ſcias, nulla. n. eſſet conſuetudo, per quam dirumperetur neruus eccleſiaſticæ diſciplinę. ſ. de conſuetu. cũ inter vos. † illud tñ no
4 tandũ eſt, ꝙ non coguntur diuites cibis pauperum veſci, vtantur ergo cõſuetudine infirmitatis ſuæ. nam ſi mutant, ęgrotant. vtantur igitur cibis precioſis, & dent pauperib. neceſſaria & vilia, doleant tñ aliter, ſe non poſſe: ſm Aug. 13. diſt. non cogantur. nec. n. in qualitate vel quantitate cibi eſt vitium, dũmodo ſecundũ naturæ ſuę exigentiam quis vtatur, nec propter hoc cõtinentiores nobis ſunt pleræque beſtiæ, quia viliorib. vtuntur. Quid ergo locis, perſonis, & temporib. conueniat, diligenter eſt attendendũ, ſm Aug. 42. diſ. quiſquis. & c. diliciæ. & c. quod dicit dñs. Licet aũt quis à cibis abſtineat, non prodeſt, niſi & à vitiis & diſſolutionib. quis ieiunet. 86. diſt. quid prodeſt. nec prodeſt ieiunare, orare, & alia pietatis opera facere, niſi mens ab iniquitate, & lingua ab obtre ctationib. coerceatur. de conſe. diſt. 5. nihil prodeſt. ſed nec refici debet corpus ante horam cõgruam. nã qui in quadrageſima ad horã nonã manducat, antequam veſpertinum celebretur officium, vel antequã veſpertina hora per æſtimationẽ completa fuerit, non creditur ieiunare. de conſe. diſt. j. ſolent plures. & ar. de conſ. diſt. 3. ne quis. vbi dicit, ꝙ hoc tempore laici exemplum, & præceptum cuſtodiant ſacerdotes. ſi aliqñ citra noctis tenebras non comedãt vt patet in his, quę no. ſ. de conſe. eccle. diſt. 2. §. & qñ. ſed hoc, quo ad horã ita tardã cõſuetudine nõ ſeruaẽ.

5 Quando † ieiunandum ſit. Et eſt ſciendum, ꝙ
c vigilię Natiuitatis Dñi * & Aſſumptionis beatæ Mariæ, & omniũ Apoſtolorum ſunt ieiunandæ. niſi cõſuetudo in cõtrarium ſit, quantum ad Apoſtolos aliquos, quorũ feſtiuitates non cõſueuerunt ieiunari, generaliter intellige. ſ. e. j. & 2. reſp. j. §. j. ſ. de ver. ſig. queſiuit ergo quamuis doctores dicãt hos verſus arrogatos

Petrus & Andreas. Paulus cum Simone Iudas.

Ve ieiunemus nos admonet, atq. Matheus.

Hoc tñ non vĩ verum, imò in aliis obſeruabitur conſuetudo. Sed in his cõgi poſſunt homines ieiunare, cũ generaliter teneantur. arg. ſ. de cele. miſ. pernicioſus. ſ. de cenſ. ex parte. ſ. e. conſilium. §. item in illis. nam qs quis contemptis his cum quib. latiora aut auſteriora indumenta, vel alimenta quærit, aut intemperans ſui eſt, aut ſuperſtitioſus. 41. diſt. §. vlti. ideo cum Romæ ſum, ieiuno in ſabbato, cum Mediolani, non ieiuno, ſm Augu. Vnde verſus.

c *Cũ fueris Romæ Romano viuito more.*
Cum fueris alibi viuito ſicut ibi.

12. diſt. illa. & probatur 77. diſt. §. vl. & ſ. de feriis. c. 2. & ꝙ ita ſit, probat conſuetudo Pariſien. vbi Deus rectè colitur & timetur. & tñ ibi non omnium Apoſtolorum vigiliæ ieiunantur. Alij dicunt, ꝙ oẽs vigilię Apoſtolorum ieiunandæ ſunt, nõ obſtãte conſuetudine contraria. excepta vigilia Apoſtorũ Philippi & Iacobi & beati Ioannis euangeliſtę, qm̃ prima feſtiuitas intra ſolennitatẽ paſchalẽ, ſecunda intra natale Dñi celebratur. ſ. ieo. conſilium. De feſtiuitate aũt beati Bartholomęi, de cuius celebratione dubietas oritur apud quoſdam, cõſuetudo cuiuslibet eccleſię eſt, ſeruanda. ſ. e. conſilium, §. ſanctorũ. Puto, ꝙ in talib. ſtãdum ſit cõſuetudini, niſi ſacerdotes. i. diœceſani cõtrarium præcipiant, nam ieiunia ab his inducta non ſunt, niſi neceſsitate inſtante, ſolnenda. de conſecr. diſt. 5. ieiunia in eccleſia nunquid dictum eſt ſ. de feſtiuitate beati Bartholomæi exponi poteſt. ſ. de vigilia feſtiuitatis, ſicut præcedentia & ſequẽtia innuũt in quib. non de feſtiuitatib. ſed de vigilis agitur ad hoc ff. de le. j. ſi ſeruus plurium. §. ſi numerus. Sed & de feſtiuitate poteſt intelligi, vt ſciant homines, quo

dic

b Occaſione ieiunii corporalis rectè illinc. efformabimus rubricellã ex Mar. e. ti. in Summa. qa ieiunare cogẽdi nõ ſint. Qua in re idẽ ſcribit, laborantes in vineis, fulloniis, aut mineriis metallorum, & cæteris eiuſmodi, & aliis artificiis, vbi eſt opus magno labore excuſantur, maximè ſi adeò pauperes ſũt, vt per ſeipſos oporteat colere vineas ſuas, vel ſi adeo debiles ſint, vt non poſsint ieiunando operari, aut ſi oporteat eos locare operas ſuas, vt ſibi, familiæque ſuæ prouideant, quia fortè non inueniret operas ſuas, niſi fregerint ieiunia, nec aliũ de ſibi prouidere poſſunt, aut ſi ſerui ſunt, aut ruſtici, qui debent operas dominis ſuis. Curſores quoque diuitum non poſſunt currere & ieiunare. Prægnantes quoque & nutrices mulieres ſoluere, & frãgere q̃libet ieiunia poſſunt, ſed infirmi ieiunare nõ poſſunt nec cogũtur, id tamen ait Mart. relinquendũ arbitrio boni viri. In reliquis huius tractatus articulis cõuenit cum Hoſtienſi.

c Vigilię natiuitatis Domini. Addete. in c. 1. e. ti. & qd ſi natiuitas domini. venit ſexta feria, an religioſi pfeſsi poſſint comedere carnẽ, vide in c. fi. e. ti. Car. Zab. in c. cũ ad monaſteriũ. in 4. no. de Ha. mo. & p Archi. Flo. in 2. parte, ti. 6. c. 2. in §. de lactici. in 1. col.

die celebrare debeant. Nam aliqui faciunt festũ beati Bartholomęi die, qua fuit excoriatus, alij die seq. & in taiib.nullus error est,si consuetudo cuiuslibet ecclesię teneatur. ℨ. de verb.signifi. quæsiuit. §.j. excip festũ Paschæ, quod non admittit consuetudinem cõtrariam.imò est per vniuersum orbem eodẽ tempore celebrandum.& hoc tenetur quilibet Metropolitanus in concilio nunciare, scilicet qua die vel Calendis occurrat.de conse.dist.3.de obseruatione. & c.præceden.Tota etiã Quadragesima summa obseruatione obseruanda est,quę.42.dies continet,de quib. dum sex dies Dominicę abstinentiæ subtrahũtur,remanent 36.ieiunandi quia sunt decima pars totius anni, qui constat ex 365. dieb. his addũtur quatuor dies, Dominicã in qua dragesima præcedentes, ita ꝙ in capite ieiunij incipimus ieiunare. vt si impleatur sacer numerus 40.dierum quem Saluator suo sacro ieiunio cõsecrauit,ſm Gra. de consecr.dist.5. quadragesima. quorum ieiunium adeò strictè seruandum est, vt qui vnam diẽ fregerit comedẽdo bis,etiãsi hoc fecerit feria.5.in cœna Dñi totam quadragesimnm vł violasse, sine inhonorasse. de consecra.dist.3.non liceat.& c.non oportet.quod intellige ſm Hug.qñ splẽdidè & perfectè comedit.& postea surgit, & iterum cõmedit, secus si parum comederet,& postea ad mandatũ faciendum surgeret, quo facto ad mensam rediisset, & comestionem inceptam compleret, nam & talis ieiunus diceretur: certè idem videretur, si vnã hostiam etiã completa. comestione,in signum cœnæ summam ob puram deuotionẽ.arg.41. dist.quisquis. & ff.de uen.inspi.l.j.§. fi.si tñ quinquagesimã.Sed quadragesima tm̃ est indicenda,de consec. dist.3. sacerdotib. Sed cõtra.4.dist. statuimus.& duobus ca.seq.dicunt quidam,ꝙ illa ca. sunt abrogata.alij,ꝙ de consilio intelliguntur, & nõ de præcepto.vel dic,ꝙ laicis indicenda est quadragesima,non quinquagesima.& sic intelligitur c. sacerdotes.Sacerdotes verò tenentur facere quinquagesimam, & sic loquũtur cõtraria c.euidenter. ad hoc. j.q.j.vilissimus.7.q.j.qualis.& c.nec sufficere.13.q.2. qui diuina.& certè satis debent clerici.& maximè sa
6 cerdotes,saltem ad dentes curandos addere duos, dies.† Sed nunquid tenetur quilibet in Qudragesima ieiunare?Et certè sic,nisi ætatis fragilitas,vel corporis debilitas,vel labor agriculturę, seu iusta causa & necessaria ipsum excusęt,in quo quidẽ puto,ꝙ &ą diœcesano debeat licentiam obtinere, vt probatur ℨ.eo.consilium.§.cùm autem quęsieris. & sequenti.
d no.ℨ.e.ver. & cũ necessitas. Idem intelligas & quatuor temporib. [d] nam cõstitutum est, ꝙ hęc ab omnib.hominib.cõi ieiunio obseruentur.& est celebrãdum primum ieiunium in hebdomada prima quadragesimę,& tempore veris.Secundũ in hebdomada Pentecostes,tẽpore æstatis,Tertium verò in Septembri,tempore autumni.Et quartum in Decembri,tpe hyemis more solito fiant,vt lex abstinentiæ oĩb. temporib.sit astricta.76.di.statuimus. & c.huius.& si vis scire, qua die incipiens ieiunare, docent hi versus.

Vult crux Lucia cinis & charismata dia,
Vt det uota pia quarta sequens feria.

Et secundũ hoc intelligas quod legitur 76. di.c. 1.2. 3.& 4.& seq.Sed & idem intellige de vigilijs quorundam sanctorũ, quorum festiuitates specificantur. s̃. de consec.dist.3. nisi alia festiuitas impediat, vt patet in his quę no.s̃.e.ver.alij.Et idem de non specificatis,quæ tñ à singulis epis in suis ciuitatib.& diœcesib.inducuntur:nam & hæc ieiunia ab omnib.subditis sunt seruanda.de consecr.dist.3. c.1. ad fi. & dist. 7 5.ieiunia in ecclesia.† Quid de aduẽtu[e] Dñi?Romæ
e ieiunantur. ℨ.eo.consilium.resp.j. in fi.vtrum aũt ad hoc quilibet astringatur.puto considerari debere cõsuetudinem regionis,vt apparet in his quæ no. s̃. eo. ver.nam quisquis.& consuetudine deficiente in diœcesi eporum,vt apparet in his quę no.s̃.e. ver. proxi. quãuis & honestum sit,ꝙ clerici ieiunent,& maximè sacerdores,vt apparet in his quæ no.s̃.e.ver. sic verò 8 quinquagesima.† Quid si vigilia alicuius Sancti in
f Dominica die [f] incidat,nunquid debet ieiunari?Nõ vł nam die Dominico ieiunandũ nõ est.ut no. ℨ.e.§. & qñ.sic ergo nec in die sabbati præcedenti.nam locus sacer inter duo prædia positus impedit seruitutem.ff.de serui.seruitutes.§.2.& §.vlt.& similiter medium prædiũ quod non seruit.ff. de serui.ru. præd. q sella.§.in rusticis.& vł casus decerni. ℨ. de verb.sig.qsiuit.§.j. Sed dic quod licet in die Dominica, qñ in ipsum vigilia Apostoli incidit, non sit ieiunandũ,vt ibi.est tñ ieiunandum die sabbati prçcedenti, vt ℨ.e. c.1.in fi.& 2.§.j.nec obst.quod de seruitutib.est obiectum,quia ieiunium nõ est seruitus prædialis, sed obligatio personalis,quæ & si die incidit,quæ solui non põt,die alia est soluenda: & in hoc melius est soluere,die prçcedenti,q̃ sequenti.ad hoc s̃.de do.& contu.cũ dilecti.§.prçterea.ff.de arbi.Celsus.In decretis etiã inuenitur,ꝙ feria quarta,quia Dñs ea die traditus fuit.& 6.quia ea die passus est, ieiunandũ est, sed & die sabbati,quia die illa inter tristitiam passionis & lętitiam Dominicę resurrectionis includitur, ieiunãdum est, & ab esu carnium abstinendũ. de conse. dist.3.sabbata.& c.ieiunia.tñ ad minus die sabbati,si quis se Christianę religionis participem esse desiderat,nisi infirmitas,vel festiuitas impediat ,est ab esu carnium abstinendũ.de conse.dist.5.quia dies.& hoc tenẽt Gallici,comedẽtes carnes in feria quarta, Prouinciales verò cõtrarium seruant, sed non est vis.nã & in his diuersa cõsuetudo tenenda est & seruanda, vt patet ℨ.e.consilium.§.item de illis. vt & no. s̃. eo. ver.nam quisquis.Hoc etiã scias,ꝙ cuicunque cõceditur vsus ouorum,& casei, intelligitur concessum, ꝙ etiã sanguine vti possint.arg.83.dist.presbyter.& sic vtuntur Cluniacen. sed & Cistercien.& quidam alij religiosi contrariũ seruant. Item feria sexta possunt comedi carnes, si tñ Natiuitas Dñi in ea incidit,pp festi excellentiam, nisi quis voto astrictus sit; vel regulari obseruantia abstineat esu carnis. ℨ.e.ca. vlt.ad idem de conse.dist.5.quia dies.& potest abstinere qui voluerit ex deuotione.vt ℨ.e.c.fi. 76. dist.§. 9 obseruantia.& no.ℨ.e.§.fi.ver.item festiuitas.†Et nũ
g quid in voto potest eps dispensare. [g] arg. ꝙ sic.s̃.de voto.c.j.inspecta persona & redemptione, quam facere vult.s.vtrum magis placere debeat Deo redemptio,vel ieiunium.& secundũ hoc dispenset, vl non dispẽset.ar.s̃.de voto magnę.§.cum igitur.nam & regulares, qui his æquiparantur,aliqñ comedunt carnes extra refectorium in infirmatorio tm̃. s̃.de statuimo.cùm ad monasterium.Et cũ necessitas legem nõ habeat,vt de conse.dist.j.sint. & s̃. de conse.quanto. ℨ.de reg.iur,quod non est licitum. de conse. dist. 3.

de

d Et quatuor tempo rib.] Adde tex.in c. de ieiunio.c. statuimus.c.quãuis. & c. ieiunium.76.dist.& ad quid fuit inductum ieiunium quatuor temporum. vide in c. huius obseruatione. 76. di.

e Quid de aduentu.] Adde Archi.Flo.in 2.parte suæ summæ ti.6.c.2.in §. nunqd sunt dies.

f In dominica die.] Adde tex.ic.ieiuni.de consecr. dist. 3 col.vlt.nam & ibi Archi 81.dist.

g Nunquid in voto possit Eps dispensare.] Adde Inno. & Andr.de Butr.in c. delectus.de tempo. ordina. Specul.ti.de dispensatio.in §.nũc de episcoporum.

de pœnitentib.& diſt.5.ieiunia in eccleſia.& c.carnē etiā tempore quadrageſimæ pōt diſpenſare Eps cum infirmis,vt in eis maius periculū euitetur. de conſe. diſt.5.quadrageſima.& idē tēpore cariſtiæ;debet tñ fieri oratio apud Deum,ne eis imputetur ꝙ bonarū mentiū eſt,ibi timere culpā, vbi culpa minimè reperitur.ꝯ.e.cōſilium.§. cùm aūt.& §.vlt. 5.diſt. ad eius. & iunge quod no.s̄ de voto.§.qualiter & cuius authoritate.& §.ſequenti.

10 Et quando † non.A die Reſurectionis vique in diē Pentecoſtes ieiunā dum nō eſt:& ideo vigilia Apoſtolorū Philippi & Iaco.nō ieiunatur,ꝯ.e.cōſilium,reſpo.j.nec vigilia Ioannis Euāgeliſtæ,cū incidat in natale Dñi,vt ibi.ad hoc 86.diſt.non aūt.excipiuntur de tēpore Paſchale Rogationū dies:vt de conſe.diſt.3. rogationes.& de cōſuetudine vigilia Pencecoſtes:quod etiā dixi de Rogationib. intelligas, niſi ſint de cōſuetudine approbatę.alibi.n.cōſilium eſt,ſm Hug .Itē excuſat neceſſitas:vt patet s̄.e.§.proxi.ver.& cū neceſsitas.Itē honor diei:nam die Dominico nullatenus eſt ieiunandū.de conſe.diſt.3.ne quis.& c.ieiunia.ad fi.& ſi quis hoc hodie ſtudiosè dixerit,ieiunandū eſſe,nō creditur eſſe catholicus.26.q.fi.ſacerdotes.& ſi ꝓ pœnitētia à ſacerdote accepta hoc ſine neceſsitate aliqua fecerit,ſicut Manicheus,anathema ſit.36. di.e.fi.Sed & eodē modo feria quinta,qua Deus ad cœlos aſcēdit,ꝓhibetur quilibet ieiunare,vt de conſ.di.3.ieiunium,ſed hoc de cōſuetudine nō ſeruatur, imò indiſtinctè quinta feria ieiunātur. Itē feſtiuitas excuſat à ieiunio:iō in quinquaginta dieb. feſtiuitatis Paſchalis nō eſt ieiunandū,ſicut no.s̄.e.§.reſp.j. & eſt rō, quia illo tēpore fuit ſpōſus cū ſponſa, quæ cū delectaretur ſpōſi amplexib. non fuit ſibi tūc temporis aliqua aſperitas inducēda:& hæc eſt vna ratio,quare ieiuniū Pentecoſtes eiuſdē hebdomadę reſeruatur.76. diſt.ieiunium.§.non tñ.& ſe.Eſt & alia, vt ſi quid fortè in feſtiuitate Paſchali libertas negligēs, & licentiā immoderatā cōmiſerit,ſequenti abſtinentia experietur, 86.diſt. igitur. Eſt & tertia:vt.ſ. ordines, qui tūc tēporis conferēdi, recepta Spiritus ſancti gratia celebrat.& hæc rō redditur.s̄.de teme.ord.c.1.ſed & ſi quis his dieb.feſtiuis non in cōtemptum feſti, ſed ob verā deuotionem & carnis macerationē voluerit abſtinere,hoc nō improbamus.& ſic intellige quod no.s̄.eod.§.proxim.verſic.item feria ſexta.

De Purificatione poſt partum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Purificatio olim qualiter fiebat, & an hodie ſit ſeruāda.*

ACtum eſt in ſupiorib. de ieiuniis celebrandis, veneratione ſanctorū.ſed quia ex reuerentia & deuotione procedit,ꝙ mulieres poſt partū ceſſant ad tempus,ne templa ingrediantur, apponitur hic rubrica de purificatione poſt partum, in qua videndum, Quid circa hoc olim ſeruabatur in lege veteri,Et quid hodie ſit ſaruandum.

1 Quid circa hoc † olim ſeruabatur in lege veteri?Et quidē in veteri Teſta.mulier poſt partum reputabatur immūda ideo ꝓhibitum erat,ne mulier maſculum pariens intrare tēplum,vſque ad 40.dies:ſi verò fœminā pareret,arcebatur ab ingreſſu 80.dieb.5.diſt.§.j. ſed contrà eodē.cū enixa.quod quidā habent pro palea. vbi dicit,ꝙ pro maſculo ceſſabatur 34.dieb.pro fœmina 66.Sed ibi conſideratur tēpus circunciſionis maſculi,qui in ſeptima die natiuitatis circūcidebatur, in muliere verò tēpus impoſitionis nominis, quæ fiebat in 14.die natiuitatis ſuæ.ſed in d.§.j.cōſideratur tēpus natiuitatis vtriuſque. ratio aūt huius prohibitionis erat, quia ſicut Phyſici aſſerunt, tot dieb. eſt ebrioſus fœtus maſculinus: vel fœmininus in vtero mortificatus,ſine infuſione animę. ad quod accedit 56.diſtin.naſci.

2 Et quid hodie † ſit ſeruandum. Et certè, quia hodie legis vmbra euanuit,& illuxit veritas Euangelij. poſſunt mulieres ꝓp prolem emiſſam,qñcunque voluerint, intrare eccleſiā acturæ gratias Dño Deo noſtro, ne pœna videatur eis cōuerti in culpam.ꝯ.e.c.vnico.& 5. di. mulier.& c.ad eius.Sed ſi qua abſtinere voluerit,ob veneration̄ aliquā,vel deuotionē, non credimus improbandū.ꝯ.e.c.vnico.in fi.& s̄. ti, j.c.fi. quia bonarū mentiū.& c.s̄.ti, j.conſilium.§. cū aut. 5. diſt. ad eius verò cōcubitum.aliqñ.n.bonum eſt abſtinere etiā ab eo quod licitè fit,de conſe.diſt.2. quotidie. 11.qu. j. aliud.ex hoc vī quod loquatur de muliere vxorata, alia.n.eſt in culpa, vnde videretur, ꝙ hac pœna plecti debeant.ar. in auth. de reſt. & ea quæ parit in 11. menſe.§.vnum ſi quidem.coll.4.

De Eccleſiis ædificandis,vel reparandis,vel de nouo conſtruendis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Eccleſia à quibus ſit reparanda*
2 *Vſufructuarius tenetur ad ſacra tecta reparanda.*
3 *Eccleſia cuius authoritate ſit de nouo conſtruenda,vel ædificanda Et quid ſi ſit conſtructa in alieno ſolo.* 4.
5 *Cathedralis eccleſia ſine licentia Papæ erigi non poteſt.*
6 *Eccleſiæ nouæ ex quibus cauſis ſint faciendæ.*
7 *Oratorium quilibet maſculus,uel fœmina de conſenſu epiſcopi poteſt ſibi conſtruere.*
8 *Reficere,& de nouo facere,quo differant.*

DIctum eſt s̄. de eccleſiis cōſecrandis,ſed quia eccleſię cōſecratæ ſæpe corruūt,& reparatione egēt ſubiicitur hæc rubrica de Eccleſiis ædificandis,vel reparādis,vel de nouo cōſtruendis.Vel ſic Diximus s̄.ꝙ mulier pōt intrare eccleſiam, qū vult, ſed quia pleraque loca carēt eccleſiis,quæ carere nō debent, videamus de eccleſiis, &c,hic dicēdum eſt, A quib.ſit eccleſia reparāda,Cuius authoritate ſit de nouo cōſtruenda, vel ædificanda, Et quib. ex cauſis ſint nouæ eccleſiæ faciendæ.

2 A quibus † ſit eccleſia reparanda. Et quidē ſi fabrica portionē ſuā habeat deputatam ab illo,qui percipit,reparari debet. 10. q. 3.vnio.& q.j.decernimus,& ſi non ſufficit,tūc rector & beneficiati,ſm quod percipiunt ibi, conferre debent.ꝯ.e.c.j.& c de his.16.q.j.ſi monachus.in quo caſu ſtatur diſpoſitioni Epi & maioris partis,c.s̄.de his quæ fiunt à maiori par.c.fi.qui.n.emolumētum percipit, meritò & onus ſentire debet.vnde verſus:

Commoda qui ſentis,inngas onus emolumentis.

C.de cadu.tol.l.vnica.§.proxim.& §.ne aūt.C.de fur. manifeſtiſsimi.§.pe.in fin. † Vnde & vſufructuarius tenetur ad ſacra tecta reparanda.ff. de vſufru.l. vſufru.legato.& l.hactenus. C.de vſufru.eum ad quē. In quibuſdam etiā regionib.laici hoc faciunt expenſis ſuis,de conſuetudine,quæ iuuatur authoritate iuriū

proximè

proximè inductorũ.nam & ipsorũ interest,cũ ibi percipiant sacramenta ecclesiastica, & missas audiant, maximè vbi malè vacãt decimis, hoc erit obseruandũ.16.q.7.quicũq;.& c.& hoc diximus. & filiis & nepotib.& ar.q̃ compellẽdi sunt talẽ consue.seruare ĩ. de simo.ad Apostolicã.in auth.de sanctiss.Episcop.§. pro consuetudinib.& de eccl.tit.§.ad hoc scimus collatio nona.C.de sacrosanct.eccle.ad instructiones.& l.priuilegia.Sed si talis cõsuetudo nõ reperiatur,puta,q̃ quarta fabricę quondã à sanctis patrib.deputata,ad hoc tenetur quicũque sit qui eã percipiat,nulla obstante ꝓscriptione, vel cõsuetudine. Sed ex quo 4
ecclesia reparata erit,redibit ad ipsum q ipsam percipere cõsueuit.sic intellige,12.q.2. ab illo.c. de reb. vsque ad c. statuimus. non põt præscripta cõsuetudo quia irrationabilis.s̃.de sepul.certificari.& de cõsu. c.fi.nec currit præscriptio contra salutem animę.s̃. de prębscri.vigilanti.& c.fi.

5 Cuius authoritate † sit de nouo construẽda, vel ędificãda.In cõstruenda ecclesia,vel oratorio, vel quacũque vis domo religiosa, debet interuenire authoritas Epi,qui primariũ lapidem ponere debet.de cõse. dist.j.nemo.ĩ.de priuileg.cũ olim.§.j. dicit etiã lex, q̃ primò debet ibi Eps orationẽ facere, & signũ crucis adorãdum,& honorãdum.in auth.de mona.§.illud igitur ante alia dicendũ est colla.j.Et licet honestũ sit,si eps in propria persona hoc faciat,non tũ est necessariũ,imò & per aliũ presbyterũ de licentia epi hoc fieri põt.sic intellexerunt Hug. & Ioan. ad hoc 26.q.6.c.2.& c.presbyteri.& c.fi.s̃.de off.Archipres. ministeriũ.ante fin.sed cõtra arg.s̃.de cosue.eccl.vel alta.aqua.& ff.de ori iuris.l.j.post princip.& j.q.j.cũ Paulus.Sed & primò debet assignari dos à fundatore de cõse.dist.5.nemo.in auth. vt determini. sit numerus cler.§.j.col.j. Et tanta debet esse dos, quę sufficiat ad luminaria, & ad vitã ministrorũ. 26. q.7. pię mentis.debet aũt eps numerũ clericorum & mensurã aliorũ determinare.in auth.vt nullus fabricet oratorij domum.§.j.col.5.q̃ si ad hoc non sufficiat dos iuxta arbitrium epi, detur ad cõparationem aliarũ ecclesiarũ.vt ibi.& arg. in auth.de eccle.titu.§.si quis aũt voluerit fabricare.colla.nona Numerus autẽ seruientiũ debet esse ad minus duorũ. arg. s̃. de vita & honest.cleric.vt vnusquisque.& de fil.presbyter.proposuit.vel trium.de cõsecra.dist.j.hoc quoque. s̃. de elect.c.1.Item debet tm̃ assignari, quod sufficiat ad hospitalitalẽ,& ad iura epalia persoluẽda. s̃. de prębend.de monachis.& de supp.negli.præla.c.2.Quod si eps hoc omisit,qñ posuit primariũ lapidẽ,in tẽpore cõsecrationis restauretur,quia ad hoc tenetur fabricarius,& hæres eius.s̃.de cõsecra.vel altar.sicut.j. q.2.placuit.arg.s̃.de præben.cũ ſm Apostolũ.& de æta.& quali.accepimus.per quas dixit Bet.q̃ si vtroq; tẽpore omissum est.eps tenetur dotare ecclesiam ad similitudinẽ illius,qui sine titulo ordinat clericos.s̃. de pręben.eps.& c.cũ ſm.s̃.de ætat.& qualit.accepimus.quod admitti põt in subsidiũ. arg.ff. de eo per quẽ factũ est.l.fi.& de dolo.eleganter.§.pen.ff.si mẽs, fal.mo.dixerit.l.3.§.j.si tm̃ proprium habet,aliàs delicti persoñ.& c.16.q.2.si epm.vel fortè dabit cẽtesimam,vel quinquagesimam, si cõmodè põt fieri.12. q.2.bonæ rei.ff.de do.Apostolicæ.Ideo dixi in subsidium,quia fundatores tenentur,si soluẽdo sint.16.q. 7.piæ mentis.& arg.ff.de ritu.nup.qui liberos & hæredes eorum.in auth. de ec.ti.§. si quis aũt voluerit fabricare.& §.si quis ædificationẽ.coll.9. in quibus etiã dicit, q̃ ex quo quis cœpit ędificare,tenetur cõsummare intra quinquenniũ,si sit oratoriũ.Si aũt est hospitaledochiũ.s.vel xenedochiũ,intra annũ debet compelli.Sic vr̃ q̃ nec hospitale erigi põt sine authoritate epi,quod verũ est,quantũ ad hoc, vt ecclesiastica gaudeat libertate,&iuris sit ecclesiastici,verum tamen quilibet põt facere domũ ad pauperes recipiẽdos,etiã vsque ad tẽpus. & talis locus vẽdi,& emi põt, nec gaudebit ecclesiastica libertate, & quãuis largo modo religiosus intelligatur,sic põt intelligi. Inst.de rerum diui.§.religiosum.& de hoc no.s̃.de regul.s̃.quis dicatur religiosus.† Quid si ecclesia con 4
structa sit in alieno solo & cõsecrata? Dicas q̃ si dñs soli laicus erat,& hoc sciuit,& nõ cõtradixit,sibi imputabit.argu.54. dist.si seruus sciente. Si verò ignorauit,vel cõtradixit, tenetur cõstructor dñm fundi seruare indẽnem, vel eps in subsidiũ si in culpa fuit puta,quia hoc sciuit,& ecclesiæ nõ prouidit.ar.s̃.de prębend.cũ ſm Apostolũ.& 14.q.fi.cõperimus.70.di. sanctorum.& in aliis iurib.superius allegatis. Si verò solum erat alterius ecclesiæ, debet ei subesse,quo ad ius patronatus.12.q.2.Apostolicis.17.q.4.q.† Cathedralis autem ecclesia sine licẽtia Papæ erigi non põt.s̃.ne sede.vacan.c.1.s̃.de trãsl.epi. c.1. & ſm hoc posset intelligi.nec corrigũtur.c.de conse.dist.j.c. 2. & c. ibi sequenti. vt ipsa videlicet de cathedrali tm̃ ecclesia intelligas loqui,quę etiã construi debent,nõ in villis,sed ciuitatib.nobilib. ĩ.de priuilegiis. ca. i.

6 Et quibus † ex causis sint nouæ ecclesię faciendę.Si homines mutent se ad aliquẽ locum de nouo fundãdum, dum tm̃ ibi sint decẽ homines habitãtes Itẽ si castrum ædificatũ sit.10.q.3.vnio.60.dist.sanctorum.in quo casu põt ei vniri alia ecclesia,ꝓ nimiam paupertatẽ, vt in d.c. vnio.& arg.s̃.de prębend. exposuisti. Sed hoc nõ põt facere eps sine ca. ĩ. de excess.præ.sicut vnire.& s̃. dedona.pastoralis in fi.Quamuis aũt eps posit de vna terminatione duas facere ex causa, vt proximè dixi, sicut & vna prouincia in duas diuiditur. ff. de offic. assess.si eadem.10.distinc.imperiali.& vna prębenda in duas.s̃.de concess.præbend.vacan.tm̃ plures baptismales intra vnã terminationẽ esse non possunt.16.q. j.plures.Sed & si nimis distet ecclesia, ita quod tẽpore hyemali non possint parochiani de facili conuenire:põt prouidere eps de capella cõstruenda, assignatis etiam sibi certis oblationib.vel minutis decimis ad antiquam ecclesiam pertinentib. ĩ. e. ad audientiam.quod intelligas.qñ nõ paratur nimis læsio antiquæ ecclesiæ,quia tm̃ remanet sibi, q̃ possunt sustentari eidẽ deseruientes,aliàs hi qui sacerdotẽ petunt,ei prouideãt,vt ibidem.& arg.s̃.de sepul.c.1.& de dona.Apostolicæ.ĩ.de simo.cũ sit Romana.13.q.j. §.quia ergo.& sequentib.ver.vel si ecclesia iam constructa fuerit.vel nimis egeant parochiani,diœcesanus prouidere debet.de consecr.dist.j.c.1.& ar.ff. de rel.& sump.fune.si quis sepulchrum.resp.j.quod dicit no. s̃.de paro.§.in quib.sub §.hoc tm̃ sciẽdum.ver. vel nisi sacerdos.Et hæc est vna causa, quare cõstruitur vna ecclesia in præiudicium alterius nõ enorme scilicet qñ parochiani nõ possunt cõmodè adire ecclesiam.Inde est, q̃ leprosi simul habitantes possunt habere oratorium, & sunt priuilegiati, ne de hortis & nutrimentis animalium dent decimas. ĩ. e. cũ dicat.videntur ergo religiosi.arg.s̃. de deci. ex parte. Sed non puto,q̃ hoc verum sit,nisi fortè sit collegiũ in quo promittant illa quę substantialia sunt regulæ de quib.habes s̃.de sta.mo.cùm ad monasterium. in fin.

fin.& de maio.& obed. cũ ſuper eccleſiis. ſm ea quæ no.ſ.de reg.§.quis dicatur religioſus, & vide qđ no. ℣.de coniu.lepro.nec obſtat,ꝙ priuilegiati ſunt,ſicut religioſi:quia illud cauſa humanitatis & abominationis dictũ eſt:ſicut aliàs.ſ.de cenſi.licet. Secũda qualitas tẽporis hoc facit fieri.16.q.j.& tẽporis qualitas. Tertia,incrementũ populi.16.q.j.felix.& c.multis.& c.præcepimus. Quanta,ſi fiat authoritate Papę.℣.eo. ad audientiã.2.aliàs regulare eſt.ꝙ vna eccleſia in ꝓiudicium alterius cõſtruenda non eſt.16.q.j.eccleſiæ & c.quicũque. quod ſi fiat, deſtruẽda eſt,maximè ſi noui operis nunciatio facta ritè pręceſſit.ſ.de noui. opẽ.nun. c.1.& 2. Verùm ſine præiudicio alterius licet epo pro ſepultura ſua eccleſiã cõſtruere.12.qu.2.
7 bonæ rei.ſ.de dona.Apoſtolicę. † Quilibet etiã maſculus,vel fœmina põt ſibi cõſtruere oratoriũ de conſenſu epi: ſic intellige de cõſe. di. j. vnicuique clericos.& c.ſi quis etiã.18.q.2.quidã.12.q.2.religioſum. Sunt etiã cõſtruendæ eccleſiæ per loca cõgrua,de quibus vī epo.de con.diſt.j.eccleſias.nõ obſtante iuramẽto,quod fecit.de re.eccl.non alie.℣.e. tua.& ſi ſuperfluæ inueniatur, vel deſtructę in ꝓuidentia epi remanet qualiter cõſiſtere debeant.de con.diſt.j.eccleſia vel altaria,vel quod vniantur.vt dixi ſ.e.§.reſp.j.
8 vel aliud inde fiat, & vī ꝙ etiã ſibi valeat retinere.ſ. de dec.qm̃.† In ſumma no.eſt,ꝙ aliud eſt de nouo facere.ſ.addendo,vel diminuẽdo,primã faciẽ immutãdo.ff de noui.ope.nun.l.j.§.opus nouũ.aliud, reficere.i.ad priſtinam formã reducere.ff.de itinere.actuq; priua.l.j.§.reficere.ff.de no.oper.nun.l.j.§.ſi quis ædificium.vnde ſi domu vel eccleſiam vſque ad fundamẽta diruas, ea mẽte, & eiſdem lapidib.& cemẽtis reficias,non eſt eadẽ domus, licet in naui ſecus ſit. ff. de verb.obli.inter ſtipulantẽ.§.ſacram.& §.nauis. de iud. ꝓponebatur.& ideo in reædificando eccleſiã dirutam,ſicut dixi,requiritur authoritas epi.16.q. fi. ſi quis vult & arg.in auth.de eccl.ti.§.ſi quis aũt voluerit fabricare.ſecus,ſi reficere velit.℣.de Iudæis.conſuluit. C.de ope.publi.l.fi.aliàs dicit.l.ꝙ q prohibetur reficere. ꝓhibetur reędificare.ff.de mo.infe.l.j.§. ædificare.

De immunitate Eccleſiæ,cæmiteri, & rerum ad eas pertinentium. Rubrica.

SVMMARIA.

1 ☞ *Immunitas quid ſit. Et unde dicatur.* 2.
3 *Eccleſiis perſonæ,& res eccleſiaſticę à quibus muneribus debent eſſe immunes.*
4 *Clerici ſunt liberi ab angariis & perangariis.*
5 *Inferior imperatore ſi à clericis, uel laicis aliquid incertum uel extraordinarium petat,an ſit excommunicatus.*
6 *Immunitas eccleſiæ,& cæmiterij,inquantum, & ad quos, & ad quid extendatur.*
7 *Laici non debent hoſpitium uiolentum petere,ſeu exigere ab eccleſia tanquam ex debito.*
8 *Eccleſia & coemiterium quam immunitatem habeant.*
9 *Furtum committens in eccleſia, an defendatur eccleſia.*
10 *Excommunicatus an poſsit gaudere immunitate. (ferre.*
11 *Ruſtici eccleſiæ an poſsint rura deſerere, & ſe alibi trãſ-*
12 *Priuilegium immunitatis, quare magis concedatur eccleſiæ,quàm corpori Chriſti.*
13 *Negotia eccleſiaſtica quæ dicantur.*
14 *Poena uiolantium immunitatem quæ ſit.*
15 *Epiſcopum à ſede expellens uel comprehendens, uel manus uiolentas in eum iniiciens excommunicatus eſt.*
16 *Prælatus ſi grauauerit ſubditum occaſione ſeruitij quod ſicit legato plus extorquendo, quàm ſeruat, cogitur reddere, & tantum lẽ pauperibus erogare.*

VIa immunitas eccleſiarũ,de quarũ ædificatione in ſuperiori titulo diximus, ſæpe violatur,potiſsimè per laicos, qui nobis oppidò ſunt infeſti.2.q.6.laici. ſubiicitur hæc rubrica đ immunitate ec. cœmiterij,& rerum ad eas pertinẽtium, in qua diſcutiendũ eſt, Quid ſit emunitas ſiue immunitas,Et vnde dicatur,A quibus manerib. eccleſiæ perſonæ & res eccleſiaſticę debeant eſſe immunes, Inquãtum, & ad quos, & ad qd immunitas eccleſiæ & cœmiterij extendatur, Quæ ſit pœna violantium immunitatem eccleſiaſticam.

a Quid ſit immunitas.] Adde gl. in c. cum deuotiſsima. & ibi Arch. 12.q.2. Car.Zab.in re. c.p pendimus. de ſen. excom.

b Et vnde dicatur.] Adde do.ſuper iſta l. un.

c Angariæ,alia perãgariæ.] Adde Bo. in cap. non minus de immu.ec.

Quid ſit †emunitas [a] ſiue immunitas. Et vnde †dicatur. [b]

[a] Idem eſt quod libertas,ſic accipitur ff de iur.immunitatis.in ipſa rubrica, & per totum: vnde dic de emuni. i. libertate.

[b] Et quidem emunitas đ quaſi extramunia.i.munera data libertas, ab E, quod eſt extra. vel đ immunitas, quaſi ſine munerib.data libertas, ab in,quod eſt ſine:vel đ immunitas, quaſi puritas, vnde đ quis immunis ñedũ à munerib. vel honoribus: ſed à peccatis.℣.de pur.cano.cap.fin.

A quibus †muneribus eccleſiæ perſonæ. & res eccleſiaſticę debeant eſſe immunes.

Diſtinguũt doctores legum,& dicunt, ꝙ munerũ alia ſordida, alia honeſta.Sordida ſunt,vt calcis coquendæ, arenę fodiendæ,& palatij cuſtodiẽdi, & ſtabula curãdi. ff. de mu.& hon.l.munerũ.reſp.1.& l.j. Honeſtorũ, alia ordinaria,alia extraordinaria.Ordinariorũ, alia angariæ,alia perangariæ, [c] alia rerũ tm̃.Angaria đ munus perſonale,qñ.ſ.quis tenetur ire. vel mittere in caualcatis dñi:ſed expenſis ipſius dñi.ff.de mu.& ho.l.j.munerũ.ver.item angariarũ. Perangaria mixtum eſt. ſ. partim reale,partim pſonale. vt qñ quis tenetur ire, vel mittere in caualcatis dñi,expenſis euntis,vel mitẽtis,& eſt patrimoniale. ſic vī, ꝙ ponatur angaria pro perangaria.ff.de mu.& ho.l.munerũ.§.patrimoniorũ.& §.mixta.Extraordinariorũ alia pertinẽt ad publicam vtilitatẽ,alia ad pietatem,alia ad capitaneam voluntatẽ. *Sic uolo, ſic iubeo, ſit pro rõne uoluntas.* Publicam volũtatem reſpiciunt,defendere rẽ publicam,ire in exercitum principis cõtra Saracenos, & ſimilia.Pietatẽ verò reſpiciunt,refectio viarũ,& põtium,& ſubuenire dño in neceſsitate, Vel quia emptionẽ fecit,Vel quia captus eſt,Vel quia filiam maritauit,Vel quia miles factus eſt, Vel quia ad principem iuit pro ſuis negotiis,Vel alias expenſas intolerabiles & graues fecit, Vel alia quacunque de cauſa depauperatus eſt,Vel nimis obligatus, vel nõ habet qd comedat.In talib.& ſimilib. vī,ꝙ ſubditi debeãt dño ſubuenire,quia cum quilibet indigenti homini naturaliter & ex pręcepto Dñi ſubuenire debeat vt ff.de ſer.expor.ſed ſi ſeruus ea lege.ℨ.de cõmo.c.vnico ad fi.86.diſt.non ſatis.multo fortius in talib.debet vaſallus recognoſcere ſe dño obligatum, vt appareat in his quæ no.ſ.de feud.§.quid ſit fideliras.& hoc quaſi vbique cõprobat cõſuetudo generalis, quę cũ ſit cenſenda rationabilis, ſicut per prędicta apparet meritò

[c] Alia rerũ tm̃.] Angaria dicitur munus perſonale, quo quis tenetur ire, vel mittere in caualcatis dñi, expenſis ipſius dñi, ff. de mu. & ho. l. j. munerũ. ver. item angariarũ. Perangaria mixtum eſt, ſ. partim reale, partim perſonale, vt qñ quis tenetur ire, vel mittere in caualcatis dñi, expenſis euntis, vel mitẽtis, & eſt patrimoniale. ſic vī, ꝙ ponatur angaria pro perangaria. ff. de mu. & ho. l. munerũ. §. patrimoniorũ. & §. mixta. Extraordinariorũ alia pertinẽt ad publicam vtilitatẽ, alia ad pietatem, alia ad capitaneam voluntatẽ. *Sic uolo, ſic iubeo, ſit pro rõne uoluntas.* Publicam volũtatem reſpiciunt, defendere rẽ publicam, ire in exercitum principis cõtra Saracenos, & ſimilia. Pietatẽ verò reſpiciunt, refectio viarũ, & põtium, & ſubuenire dño in neceſsitate, Vel quia emptionẽ fecit, Vel quia captus eſt, Vel quia filiam maritauit, Vel quia miles factus eſt, Vel quia ad principem iuit pro ſuis negotiis, Vel alias expenſas intolerabiles & graues fecit, Vel alia quacunque de cauſa depauperatus eſt, Vel nimis obligatus, vel nõ habet qd comedat. In talib. & ſimilib. vī, ꝙ ſubditi debeãt dño ſubuenire, quia cum quilibet indigenti homini naturaliter & ex pręcepto Dñi ſubuenire debeat vt ff. de ſer. expor. ſed ſi ſeruus ea lege. ℨ. de cõmo. c. vnico ad fi. 86. diſt. non ſatis. multo fortius in talib. debet vaſallus recognoſcere ſe dño obligatum, vt appareat in his quæ no. ſ. de feud. §. quid ſit fideliras. & hoc quaſi vbique cõprobat cõſuetudo generalis, quę cũ ſit cenſenda rationabilis, ſicut per prędicta apparet meritò

meritò ab omnib. est seruãda. vt s̃. de elec. cũ ec. Vul terana. & consue. c. fi. §. vnico. & iunge quod no. j̃. eo. ver. quid si sine violentia. Hæc aũt oia intelligas, qũ iusta ex causa eget, nec. n. in prædictis intendo face re prodigę expendẽtib. quib. est potius occurrendũ. ar. s̃. de concess. c. pe. super quo vide quod no. s̃. de cẽ si. §. fi. sub §. patet. ver. & nunquid. Eps. ad fi. nam & fm Aug. vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo secu rus iusticiã negligat, q̃ ei panem frãgere, vt seductus iniusticię acquiescat. 5. q. 5. non oĩs. Ad sordida aũt munera nõ tenetur ecclesia. C. de epis. & cle. l. 2. & l. placet. & l pe. ad fi. & l. presbyteros. Ad ordinaria ve rò, quæ regulariter sunt, sicut tributa & census certi siue seruitia certa & annalia possessionib. quæ ad eos peruenerũt annexa tenetur. 11. q. j. si tributum. & ca. magnum. 23. q. 8. cõuenior. & c. tributũ. sic inte llige. s̃. de cens. c. 1. in fi. & talia possunt vocari indicta. i. re bus impositа, à quib. nullus excusatur. C. de indi. l. j. & 2. lib. 10. sic põt intelligi C. de mune. patrimonia. quæ immunitatẽ. & à quib. munerib. vel exactionib. nemi. licet se excusare. l. 2. lib. 10. alij dicũt, q̃ indictũ ponitur tẽpore fertilitatis, & est munus ordinariũ: ad quod quilibet tenetur, sed illud nõ subit ecclesia. C. de sacrosanct. eccl. l. placet. sic intelligũt docto. leges. Sed prius dictum põt satis tolerari. s. q̃ intelliga tur de tributo, vel censu certæ rei impositо, ad quod tenetur ecclesia, sires ad ipsam perueniat: cũ. n. quæli bet res cũ onere suo transeat. s̃. de cõtrahen. empt. ex literis. §. fi. & de decl. pastoralis. §. fructus. & cũ nõ sit in homine. ad fin. ff. de publi. & ve. Imperatores. Aut alij vendat ecclesia, aut soluat. aliàs incidat in cõmis sum. C. de episcop. & cle. l. 3. C. de exact. tribu. si diuina. li. 10. quia reddi debent quæ sunt Cęsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. s̃. de cle. coniu. ex parte. in fin. Alij dicunt, q̃ non cõmittitur, sed loco pignoris reti netur, quousque de tributo fuerit satisfactum, sic in telligũt dictã legẽ, si diuina. quæ hoc innuit. ad hoc C. de fun. patrimonio. professio etiã. & l. fi. lib. 10. alij dicũt, q̃ illa lex, Si diuina, nõ tenet fm canones, vel expone diuina. i. imperialis, fm Goff. q̃ in reb. eccle siasticis nulla solicitudo trãsactionis. i. omissionis signatur. C. de sacrosan. eccl. placet. vnde si clericus. vel abbas vasallus Regis cõtra dñm suũ feloniam cõ miserit, eo viuẽte, feudũ ad Regem pertinet, sed eo mortuo, debet ipsum Rex restituere successori. in lib. de feudis. de c. Corradi Regis c. si clericus veluti eps. Et est ratio: quia delictũ personę, &c. 16. q. 6. si epm. s̃. de except. cũ venerabilis. §. intelleximus. ad hoc C. de episco. & cle. si quis presbyter. ad hæc ergo tributa, quæ róne patrimonij, siue rei debent, tenetur tm. ecclesia. C. de sacrosanct. eccl. placet. & de episcop. & cler. quisquis. excipe mãsum ecclesię. i. dotem: de qua dixi s̃. ti. j. §. cuius authoritate. quę omnino debet es-
4 se libera. s̃. de censi. c. 1. 23. q. 8. fm canonicã. † Ab an gariis verò, & perangariis sunt clerici omnino libe ri. C. de episc. & cle. l. 2. j̃. e. nõ minus. & eorũ vxores & filij, vt ibi. & 16. q. j. §. nouarũ. & ipsorum coloni. 89. dist. iudicatũ & C. de Episcop. & cler. oĩa priuile gia. arg. C. de dignita. l. 4. li. 12. nisi cũ Imperator trã sit per locum. C. de sacrosanct. eccl. neminẽ. fm Azo. & alios doctores: quod puto verũ, quo ad res deputa tas alimoniis illorũ, qui ecclesię deseruiũt, & nõ mul tũ abundãt. C. de sacrosanct. eccl. placet. & l. priuile gia. Secus puto, si Eps vel abbas tenet magnum & no bile feudũ ab aliquo principe, quod cõsueuit ei cer to modo seruire. nã in hoc casu quãuis nõ teneat ire in caualcatis personaliter. ar. 23. q. 8. §. j. & c. his à qui bus. & s̃. de vot. ex mulcta. §. vlt. puto tñ, q̃ debeat mit tere fm quod solitũ est. Aut teneat beneficiũ ex quo nõ vult facere seruitium. ar. s̃. de cle. cõiu. quod à te. & c. diuersis. & ca. Ioannes, & de præben. cũ fm. & ex tirpandæ. & hoc intelligo, si sit iussũ bellũ. quod dic vt no. s̃. de treu. & pac. §. de cuius belli. & §. quid sit iu stũ bellum. aliàs si iniustum sit: tũc debet recognosce re Imperatorẽ cœli. 11. q. 3. Iulianus. nec pp hoc qd in tali casu nõ mittit, põt priuari feudo. arg. s̃. de prę sum. c. fi. & de consue. c. fi. faciet etiã inde fidelitatem si cõsuetum sit: & quicquid cõsuetudo feudi requirit præstabit. s̃. de iureiu. nimis. & quicquid iure expres sum est. j̃. de pœ. in quibusdam. §. j. & c. fi. ibi. vos ec clesias, &c. alioquin si præscripserit libertatẽ contra dñm, in libertate sua tuendũ erit. sic põt intelligi C. de epi. & cle. l. j. & q̃ sufficit in talib. pscriptio 30. an. in li. feu. de feu. dato in vicem. leg. cõmis. c. quidã ob ligauit. & qualiter iurare dẽt, & donare. & si de feud. vasall. interpell. si quis per 30. vnde dicit l. Corradi, quę incipit, Corradus Dei gratia. sub rubrica cõstitu tio. de nõn aliena. iud. in fi. quod nostri antecessores habuerũt, habere volumus: illud verò quod non ha buerũt, nullo modo exigemus. ad idẽ C. de canone. largitionũ titulorũ princip. & de auro coronario. l. vnica. libro. 10. munera etiã exlonga consu. intelligũ tur. ff. de mune. & honor. l. j. resp. j. ad fi. hoc si prę scri ptũ fuerit bona fide, aliàs cursus tẽpotis nõ obstabit. s̃. de præscrip. vigilanti. & sic põt intelligi in libr. feu. de c. Corradi Regis. §. præterea. & qui debent succe. in feu. §. itẽ sciendũ. & in l. quæ incipit Imperialẽ. §. vnde Imperator Lotharius. & hoc est pp peccatum mortale, vt no. s̃. de præscri. sub rubrica, de prę scrip. rerũ immo. §. quę exigantur. sub §. verũ. maximè in ver. sed nunquid maius peccatũ. Merè etiã persona lia nõ subit ecclesia. C. de episcop. & cleri. oĩs qui vbi que. §. priuilegium. excipe murorũ vigilias, à quib. nullus excusatur. j̃. e. peruenit. nisi senex sit. C. de de curio. si vltra 70. lib 10. dxpedit. n. reipulbicæ. plures habere defensores. ff. de noui oper. nuncia. nã & rei publicæ. & quilibet debet defendere patriã. 23. q. 8. omni tẽpore. pro cuius. defensione pater occidẽs fi lium excusatur. ff. de relig. & sump. fune. minimè. & hoc intellige, quo ad homines ecclesię. clerici. n. non sunt à matutinarũ vigiliis auocandi. 88. dist. c. fi. 12. q. 3. Cyprianus. C. de episcop. & cleri. quisquis. & l. oĩs, qui vbique. resp. j. nisi fortè tanta immineat ne cessitas. q̃ de pręcepto epi aliud fiat. j̃. de reg. iur. qd non est licitũ, quę legem nõ habet. de cõsecr. dist. j. si cut. & s̃. de obser. ieiu. cõsilium. per laicum aũt nulla tenus distinguatur. s̃. de const. eccles. Verùm ad ex traordinaria quęcunque sint illa, etiã superindicta, quę semper & omnino ꝓhibita sunt, nisi authoritate Principis fiant. C. superindicta. l. vnica. lib. 10. qa nõ est munus publicum, nisi à lege, vel seq. con. vel cõsti tutione Principis iudicatur. C. de vaca. mu. publi. l. vnica. lib. 10. oĩs ecclesię sunt immunes. 16. q. j. placet. C. de sacrosanct. eccles. placet. C. de episcop. & cleri. l. j. 2. & 3. Esdrę. 8. vobis aũt dr̃, vt omnib. sacerdotib. & leuitis, & sacris cantorib. & seruis, & scribis tẽpli huius nullum tributum, nec vlla alia indictio irroge tur: nec quisquis potestatẽ habet obiicere eis, exci piunt legistę eaq̃ pertinẽt ad pietatẽ: puta refectio nẽ põtium, vel viarum. C. de sacrosanct. eccles. ad in structiones, vel vtilitatẽ publicam, in duob. casib. tm scilicet cum fœlix embola, vel Imperator trãsit. C. de sacrosanct. eccles. placet. l. iubemus. Ego puto, q̃ ho die oĩs sunt immunes à talib. & maximè ecclesię, res

pectu

pectu laicorũ.nam oẽs tales exactiones extraordinariæ indebitæ ſunt,& cõdemnandæ,nõ obſt.abuſu cõtrario.in auth.de ecc.ti.§.ad hoc ſancimus. & vt nulli iudicũ.§.nulli verò licet. coll.19. hoc eſt quod expreſsius dixit lex.ſ.quę incipit,hac edictali.§. illicitas.cuius verba ſunt hęc,Illicitas etiã exactiones,maxime ab eccleſiis, quarũ abuſus iam per longa tẽpora inoleuit,per ciuitates, & caſtella, omnimodo cõdemnamus,& ꝓhibemus,& ſi factæ fuerint,in duplũ reddãtur.Itẽ alius.ſ.in quædam lege,quæ incipit,Ad decus & decorẽ.§.itẽ nulla cõmunitas,vel ꝑſona publica,vel priuata collectas, ſiue exactiones angarias vel perãgarias eccleſiæ, aliiſque piis locis imponãt, aut inuadere eccleſiaſtica bona ꝑſumant,quod ſi fecerint,& requiſiti ab eccleſia,vel imperio emẽdare, cõtempſerint,triplum refundãt, & nihilominus bãno imperiali ſubiaceãt: quod abſque ſatiſdactione debita nullatenus remittatur.& no. ꝙ oẽs ſunt illicitæ,niſi prĩceps præcipiat:vt dictũ eſt, qui tñ ex cauſa hoc præcipere põt. ℣.de iniuria.in noſtra. aliàs nihil eſt exigendũ:quãuis etiã dicat, ꝙ cauſa pietatis fit. in auth de mand.prin.§.j.&§. deinde cõpetẽs.vbi eſt hoc expreſſum.etiã de his, quæ pietatẽ reſpiciunt. & §.nõ permittas.q̃ loquitur de cõſiliaris quęſtuoſis.& §.eos aũt.& prçceden.& de defeſo.ciuit.§.ſed neq; colum.3.Ep̃s etiã pro reb.eccleſiæ ſuæ nullã moleſtiam patiatur,nec ſportulas ſoluat,qui cõtrauenerit, duplum reſtituat.& cingulo nudetur.in authen de ſan. epiſcop.§. ſportularũ. col.19. per quæ oĩa iura antiqua,q̃ videntur ſuadere contrariũ corrigũtur.cũ.n.libertas fauorabilis ſit,de facili prçſcribitur cõtra ſeruitutẽ. ℣.de priui.cũ olim.§.pe.& c.ex ore.§.fi. nõ ſic ecõtra.C. de prçſcri.quæ pro libertate, & nõ ad verſus libertatẽ.l.fi. & prætores fauent libertatib.ff. de alie.iud.mu.cau.fac.l.3.§.j.vnde & fauores ampliantur,& odia reſtringũtur.ff.de li.& poſthu.cũ quidam & de iure naturali & primęuo.oĩs res libera prçſumitur.Inſt.de liberti.§.j.ſtabilis igitur debet eſſe libertas.Inſt.de iure naturali.§. ſed naturali. & de facili. redit res ad id quod vis,& natura ſibi ab initio coceſſit.ff.de pac.l.ſi vnus.§.pactus.ver.quod ſi nõ toleret. & ſ̃.de cenſi.cũ venerabilis.ergo niſi res ꝓbetur ſerua,hodie præſumitur libera.C.de proba.ſiue poſſidetis.Hęc vera putamus:niſi gratis & cõi ſenſu fiant,ſiue inter laicos. ℣.e.non minus.& c. aduerſus. ſiue inter clericos.ſ̃.de ſtatu.mona.in ſingulis.§.huius verò & c.ea ꝓp̃ §.hoc eadẽ.vel niſi ſit Ep̃s,vel alius.de quo dixi.ſ̃.de cenſi.§.ex quib. caſib.vel niſi ſit cõſuetudo, quod in certis caſib.q̃ ad vtilitatẽ publicã pertinent vel pietatẽ reſpiciunt,moderatè detur:& hoc quo ad laicos.Secus,quo ad clericos.arg.ſ̃.de conſue. & c.1. & ſ̃.de vita.& hone.cle.c.fi. & ℣. de priui.tuarũ. in fi. ff.de iure.immu.ſemper.§.fi.ſic etiã poſſunt intelligi alia iura quę poſui.ſ̃.e.ver.ab angariis.& quæ no. j.de cenſi.§.ex quib.cauſis poſsit fieri. Itẽ hoc intelligas,niſi cõſuetudo ſit,ꝙ circa talia annuatim detur. ſic intellige C.de agric.& cenſi. dñi prædio.lib.11. & in quib.cauſis colonus cenſi.l.j.lib.11.talis. n. quãuis talia vocetur,cẽſus eſt.nec obſt.ſ̃. de cenſi. peruenit, quia præſumere debeo, ꝙ ab initio fuerit ſic cõuentum,vel impoſitũ.ff.de pact.in traditionib.ſ̃.de cẽſi. quanto.ſ̃.de iure patro.prætera.ad quod ꝓbandum, & conſcientiã informandã,facit patientia præſtationis tẽporis:cuius nõ extat memoria: vt no.ſ̃. de cẽſi. §.quis cẽſus ſoluẽdus eſt.Itẽ hæc vera ſunt,niſi àprincipe aliud mãdetur laicis,& ſic intelligo iura alle.ſ̃. e.ver.verũ. vel etiã clericis rõne feudorũ, quæ tenẽt ab eo immediatè à Comite,vel à Marchione ſub eo. nec obſt.℣.e.nõ minus. quia illud ius nõ imponit legem Imperatori,nec hoc facere debet Papa.ſ̃.de el. venerabilẽ.& de iud.nouit.& ℣.de priui. c.1. ſicut.n. ad Imperatorẽ nihil de decimis.ſ̃.de deci.tua. & ita nihil ad Papã de feudo,niſi rõne violentię peccati.ſ̃. de fo.compe.ex parte.trãſmiſſa.verũ & de iud:noui. põt etiã intelligi.℣.e. nõ minus.& c.aduerſus in patrimonialib.nõ feudalib bonis,in quib. clerici etiã, quo ad patrimonialia,ſunt priuilegiati,niſi ſint mercatores.ſ̃.de vi.& ho.cler.c. fi. nec inuenies decretũ vel ius canonicũ,ꝙ in feudalib. Imperatori vel Regi legẽ imponat.Sed inferiorib.tm̃,quaſi reputet abſurdũ dñs Papa, ꝙ inferior Rege eccleſiis vel perſonis eccleſiaſticis,vel reb. ſuis,etiã feudalib legem imponat.ſm̃ hoc põt intelligi.ſ̃ de reb.eccl.non alien. cũ laicis.12.q.j. quicũque militũ. & c. prędia. & præceden. & ſeq.ſ̃.de foro.cõpeten.cõquæſtus.cũ. n.conductores prædiorũ fiſci,vel Cæſaris immunitatẽ habeãt ne depauperentur.ff.de iure immunita.ſemper.§.cõductores.& ſeq.multo fortius ſeruitio dñi inſiſtẽtes. arg.43.q.j. ita diligere.C.de nupt. ſi quis alumnã. in fi.ſ̃.de deci.tua nobis.§.j.& 3.cũ ergo princeps in his eccleſiam ſpecialiter priuilegiauerit, vt ꝓbant iura inducta.ſ̃.ver.ego puto,ꝙ priuilegiũ nemo inferior. Imperatore per cõſtitutionem ſuã tóllere poſsit, vt apparet in quæ no.ſ̃.de conſt.§.qualiter conſtitutionib.& quia qđ princeps cõcedit,priuatus auferre nõ põt,imò decet eſſe mauſurũ. in auth.cõſtitutio quæ de digni.§.illud col.6. & de nup.§. de augmen. & 28. di.c.his C.de ſacroſ.ecc. priuilegia. & de epiſ. & cle. oĩa priuilegia.non eſt mirũ ſi Papa tuetur priuilegia eccleſiarum,& clericorũ.ſ̃.de conſt.quæ in eccleſiarũ.& c.eccleſia.& de reb.eccl.non alie.cũ laicis.℣. e. non nimis.& c.aduerſus.℣.de ſen.excom.nouit. & c. grauẽ.q̃a reſiſtendũ eſt violẽtiis eorundẽ. ℣.de priui. c.1.ſuper hoc vide qđ no.℣.e.ver.ſed nec illa.† Ergo ſi inferior Imperatore vel à clericis vel à laicis aliquid incertũ vel extraordinariũ,petit,vel hoc ſi faciat authoritate Imperatoris, vt dictũ eſt, vel authoritate Papæ,aliàs excõicatus eſt,ſi violẽtiã ingerat.℣.e.aduerſus.& in quadruplum cogitur reſtituere quod accepit.C.de excuſat. mune.placet.lib.10.Quid ſi ſine violẽtia petat dñs ſecularis egens ab eccleſia,vel clerico vaſallo ſuo? puto ꝙ eccleſia tenetur ei dare, ſi egeat,quia cũ teneatur cuilibet in ſuis neceſsitatib. ſubuenire,vt patet in his quæ no.ſ̃.e.uer. in talib.& præced.multo fortius illi à quo habet beneficiũ.ſ̃.de teſta.cũ in officiis.unde & patronũ egentẽ alere debet,ut no.ſ̃.de iure patro.§ quid cõpetat.uer.ſequitur utilitas. in quo caſu puto, quod etiã eps põt deſtringere ſubditos.ſi nolunt eſſe charitatiui.ſ̃.de cẽſi.Apoſtolus.§.iubemus.ſicut & ad hoſpitalitatẽ tenendã põt cogere.ſ̃.de contrahen.empt.c.1.& 42.diſtin.§.j.& c.quieſcamus.85. diſt. archidiaconũ.ſ̃. de prçben.de monachis.ſ̃.de ſupp.negli.prælat.c.2. 16. q.j.qm̃ quicquid. debet tñ fieri ſcriptura, ꝙ non ex debito,ſed gratis detur, ne in futurum prçiudicet. 7.q.j Pontifices.nec obſt.℣.e.aduerſus.quia illud poteſt intelligi.qñ petitur violenter.poſſunt.n.mulcta honeſtè recipi,quę inhoneſtè petuntur.ff.de var.& extraordinari.cognit.l.j.§.eſt quidem res ſanctiſsima. & no.℣.de ſimon.§. quid ſit ſimonia. ver. mihi vr̃. & ver.ſolo ex pacto. approbatur ergo charitas. & violentia reprobatur. Quid ergo de militib.noſtri tẽporis, qui cũ violentia faciunt tallias ſemel, vel ſecundo.vel quoties eis vr̃,nunc plus,nunc minus? Rñ deo,

deo, prædones & raptores sunt, & ad restitutionem tenentur, vt patet ex prẽmissis. nec aliqua consuetudo siue abusus excusat, vt ꝓbant iura in ducta s̃.e.ver.ego. Et est ratio: qa cũ incerta sit cõsuetudo, quam allegãt: quia nunc plus, nũc minus, non habet locũ consuetudo, vt apparet in his quę no.s̃.de consuet.§. vlt. versi. pe.& vlt. maximè cũ violentia fiat. arg.Inst.de vsucap.§.furtiuæ quoque res in quo casu etiã serui denũciare possunt, ꝙ malè trãctantur à dominis.ff.de off.prefec.vr.l.j.§.j.& §.quod aũt.& Insti. de his qui sui iur.sunt.§. sed hoc tẽpore. superiora tã çquitate rationabili, q̃ lege naturali, diuina, ciuili, & canonica cõfirmantur,& ad sanã & clarã cõsonãtiam reducũtur. Quid si fiat statũ, ꝙ aliquid certũ detur si sit de cõi consensu subditorũ, puto ꝙ valet, sed non astringũtur ecclesię, vt ꝓbant iura allegata. s̃. e. versi.itẽ hęc vera sunt ad fi. Quid si detur alicui priuilegium, ꝙ non teneatur ad collectas dãdas in his casib.in quib.aliis cõiter astringũtur? non valet, etiãsi vicini cõsenserint.C. de decurio. vacuatis.lib. 10. & iunge quod no.j̃.de pœniten.§. quib. & qualiter sub §.quid de quęstis. Apparet quę ad extraordinaria, q̃ ad publicam vtilitatẽ pertinent, tenẽtur vasalli recepta litera Imperatoris, vel principis, aliter nõ, vt apparet s̃.e.ver.verum ad extraordinaria. Ad ea quæ pietatẽ respiciunt, tenẽtur charitatiuè,& nõ violenter.s̃.e.uer.itẽ hæc vera sunt.&ver.qd si sine violẽtia. Sed ad ea quæ pertinent ad volũtatẽ capitaneá, nullatenus tenetur.s̃.de costi.c.j.& c. ne innitaris. s̃. de prẽben.graue nimis.resp.j.

5 In †quantum, & ad quos, & ad quid immunitas ecclesię & cœmite
d rij extendatur.[d] Et quidem diuersimodè, plus, vel minus, ꝓm quod diuersas immunitates habet ecclesia.
e Primò quia in ecclesia placita secularia[e] non sunt tractanda. j̃.e.c.1.& maximè iudicia sanguinis. j̃.e.cum ecclesia Dei. ecclesiastica verò ibi possunt tractari. 2. q.2.§.vlt.& ar.s̃.de appellatio.§. qua fronte.& de electio. quod sicut. Sed nec intra ecclesiam sepeliri debent aliqui, nisi sint Epi, aut abbates, aut digni presbyteri, aut fideles laici.13.q.2. nullus.& intelligũt q̃dam hoc de hoc laico fideli, per quẽ.s. miracula fiũt à fide.i.virtute. alij de quolibet laico fideli, dic istud intelligendũ de fideli, & in dignitate constituto, sicut Comite, Rege, Imperatore,& sic de facto seruatur: de Sancto, quicũque sit ille, nulla dubitatio, in quorũ tumba, seu sepulchro priuata persona poni nõ debet, C.de sacrosan.eccl.l.2. Alij intelligũt legem illã aliter.s.ꝙ laici nõ debent intra chorũ morari cũ clericis, quod & verum est.s̃.de vita.& ho.cleri.ca.1. Itẽ ecclesia incastellari nõ debet, nec ibi debẽt ędificari ꝓpugnacula, vt inde fiat guerra, vel ibi recipiantur hi, qui guerrã faciunt,& prẽcipuè prędones, quãuis authoritate Epi tẽpore iustę necessitatis hòc fieri posset ad tẽpus: puta propter metũ paganorũ, hæreticorũ, piratarũ, latronum & pro defendẽdo iura eccl.cũ fortè non inueniatur locus ita congruus ad hoc, vt in casib.& si non solũ clerici ibi refugium habeant, sed etiã laici innocentes,& fidẽ ac ius ecclesia sticũ defendentes: ita tñ, ꝙ necessitate cessante: & in castellatio cesset.s̃.de custo.eucha.relinqui. 44. dist. c.pe.& fi.24.q.6.si res. & c.hi qui.23.q. 5. reos. s̃. de obser.ieiu.consilium.§. pe.& prẽceden. j̃.de reg. iur.
7 quod non est licitũ. †Laici etiã non debent albergũ, seu hospitium violẽtum petere, seu exigere ab ecclesia tanquã ex debito. j̃.e.c. 1.42.dist. quiescamus. C. de epi.& cle.l.j. charitatiuum aũt denegandum non est, vt apparet in his quę no.s̃. e.§. proxi.ver. quid si sine violentia. Quid si possessio aliqua perueniat ad ecclesiam. puta domus, vel possessio aliqua, quę tenebatur albergum facere certum,& certo modo?& puto ꝙ ecclesia teneatur, quia hoc est certum seruitiũ: vt apparet in his quæ no.s̃.e.§.proxim.ver.ad ordinaria. cõprobatur arg.abominabili. j̃. de vsur. quanto s̃.de deci.de terris.& fauorabili.s̃.de deci.cõmissum.
8 & c.dilecti.& c.licet.† Immunitatẽ etiã habet ecclesia & cœmiterium, vt intus nõ ponantur superlectilia: sicut no.s̃.de custo.eucha.& ne qua violentia ibidẽ cõmittatur,& extenditur vsque ad 40. passus, si maior sit ecclesia. s. matrix. vel vsque ad 30. si minor, puta capella est 17.q.4.si sicut antiquitas.& c.frater.& c.miror. capellæ verò quæ sunt intra ambitum murorum. s. ciuitatis. vel castri, vel villę, non ponuntur in hac 30. passuũ obseruatione. 17.q.4. quisquis. Ex quo ergo aliquis maleficus, seu delinquens, vel alius ad ecclesiam fugiens intra dictum ambitum se receperit, ecclesia ipsum saluare debet. 23. quæst. 5. reos. nec mirum. nam & ad statuam prætecti vrbis fugientes saluat lex.ff.de offi.prætec.vrbis.l.j.§.j. sed distin. Cùm quis ad ecclesiam confugit, aut est seruus:& tũc cautione iuratoria recepta, quòd non malè tractetur, à domino restituitur. C.de his qui ad eccle.confu.l. præsenti.§. sanè si seruus. j̃.eod. inter alia.§. fina. 17.quæst.4. metuentes. & hoc si sine armis veniat, vt se subtrahat seruitio domini. si verò cum armis irruerit, continuò extrahatur. C.de his qui ad eccl.confu. si seruus, Aut Iudæus, qui obligatur Christiano,& is nõ recipitur quousque debita reddiderit vniuersa. C.de his qui ad ecc.confug.l.j. Aut liber & Christianus:& is aut confugit volens vitare litigium, vbi ciuiliter cõueniebatur,& is recipitur: nec est ei ex quo intra fines ecclesiæ est aliqua violentia inferenda: est tñ intra fines repræsentandus Iudici: vt possit defendere per se, vel alium, sicut elegerit, alias cõtra ipsum pròceditur,& distrahuntur bona, si qua habet. Et si ecclesia habet, tenetur reddere & iurare quilibet de ecclesia, quòd non est conscius rerum suarum, sicut hoc totum traditur C.eo.prẽsenti.§.j. & seq. Si verò maleficium commiserit, aut intra ecclesiam, aut prope intendens per ecclesiam liberari, aliàs non commissurus, puta interfecit hominem in cœmiterio prope ecclesiam,& intrauit ecclesiam incontinenti, & talem non defendit ecclesia, s̃.eod.capi.fina.& sic potest intelligi authentica, de mau.princ.§. sed neque. colum.3. vbi excipit homicidas, adulteros,& raptores virginum, Alij dicunt, quòd authentica corrigitur per decre. j̃ eo.inter alia nam & raptorem virginum defendit ecclesia.36.quęsti.prima.de raptoribus.& hoc dicunt magistri communiter, sed potest intelligi sicut dixi, scilicet quando rapina prope ecclesiam facta esset. sic loquitur lex & intelligitur: sed capitulum quando à longe venit,& insequebatur. & ideo ad ecclesiam confugit. intelligas etiam legem, q̃n non vult matrimonium contrahere aliàs cõtra. j̃.de rapto.c.fi.36.q.3.denique.& c.tua, sicut promptum est legib.cum canonib.concordare. C. de inof. dotibus.l.vnica.tũ de mente canonum vr̃ fulciri cõmunis opinio magistrorum, quo ad adulterum, & virginũ raptorem, ꝓm quod intelligunt grosso modo: quia intellectus ipsorũ magis conuenit pietati. Sed Greg.multũ fauet, quod dixi: & iura q̃ induxit.

j̃.eod.

ſ.co.ver.quid ſi cõmittit. Sin aut lõgè ab eccleſia cri
f men commiſſum eſt,& enorme: puta publicus latro f eſt,quolibet die iudicari põt.C.de fer.prouin.qui impunè occiditur. C.qñ li.vnicuiq;.l.j.2.23.q.5.cum homo, nã & multis exitio eſt.i.morti inferendæ multis paratus eſt,ſicut dicitur de furioſo.ff.de of. præſi.diuus.exitium enim idem eſt,quod mors,quod intelligas,ſi nocturnus ſit:nam ſi diurnus, occidi nõ debet, niſi ſe telo defendat.ſ.de homi.c.2.& talis non defendit.de tali ẽt poſſunt intelligi,qđ dñs dixit. Exod. Si
g quis per induſtriã occidit g proximum ſuũ,& per inſidias ab altari meo euellas eũ,& moriaṫ.ſ. de homi. c. j.idẽ eſt,ſi ſit depopulator,ſeu populator agrorũ,i. vaſcator,ſeu cõbuſtor, q de nocte cõburit ſegetes vicinorũ:& dr̃ à populor, popularis:ſeu depopulor depopularis,qđ in mala ſignificatione accipiṫ,quaſi deſtruo,deſtruis,ſeu diſpergo,diſpergis:ſed populo, populas, accipiṫ in bona ſignificatione, quaſi cõgrego, cõgregas,ſeu colligo, colligis.& hic nullatenus deſẽ 10
diṫ.ſ.e.inter alia.§.& hoc verũ eſt.17.q.4. ſicut antiq tùs.& aliis iurib.prox.alle.Aliàs aũt quantunq; enorme,ſeu graue delictũ commiſerit, debẽt rectores accleſiarũ iurare ſibi vitã & mẽbra idonea cautione recepta.arg.s̃.de reſt.ſpo. ex tranſmiſſa.ſ.iuratoria tm̃. 17.q.4. conſtituimus . Sed & fideiuſſoria ac pœnali ſi timeaṫ, ꝙ is qui eũ petit non benè ſeruaret iuṙm ſuũ. arg.s̃.de reſt.ſpol.ex tranſmiſſa.& c.literas. §.fi.& de præſum.literas.§. fin.ſuper hoc aũt quod iniquè fecit eſt aliàs legitimè puniendus.ſ.e. inter ãlia.§.ſi liber. ſm hoc intellige.17.q.4.reũ.& c.diffiniuit. & ſeq.50. di.inter liberũ & ſeruũ. Et no.ꝙ q̃diu eſt intra eccleſiam ,non eſt tñ per violentiã eiiciendus,nec dẽtinendus,nec cõſtringendus,nec requies,nec veſtis,nec victualia deneganda.C.e.prẽſenti.rñ.j.§.j. qđ ſi quis facere attẽtauerit,ſciat ſe maieſtatis crimine irretitũ, K
& ſic vltimo ſupplico puniẽ. vt not.ſ.& §.q̃ ſit pœna. hanc aũt libertatẽ habent nedũ intra eccleſiam ,ſed extrà intra 30.paſſus, vt ad requiſitę naturę vſum debitis exeat locis.17.q.4. diffiniuit . licet hodie de facto ſit hæc immunitas in locis cõplurib. vſurpata. &
9 vide quod no.s̃.e.ver.immunitatẽ. † Quid ſi cõmittit furtum in eccleſia nũquid defendetur? Non vr̃:qa ſm Augu.nemo ad ſupplicandum admitti debet ibi, vbi ſacrilegium cõmiſit.16.qu.4. frater & eps.& fruſtra legis auxiliũ inuocat, &c. ſ.de vſur.quia fruſtra. in auth.vt lice.mat.& auiæ.§.quia verò. col.8.& arg. ſ.eod.cap.fin.ſm Goffred.dicit contrà: quia duo genera tantum hominum excipiuntur. ſ.eo.inter alia. & eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis ſanctis ignoſcendi gloriam deeeliquit.C.de epiſ.& cler.ſi quis in hoc genus. quæ potius facit contrà,cùm ibi mandeṫ puniri iniuria. Quamuis enim non petatur, nec negat, quin agere poſſet, & petere, imò hoc conceditur . C. de iureiur.atrocem.etiam ſm canones poteſt peti,ꝙ iuſtitia fiat,quamuis ſciamus, ꝙ ſine effuſione ſanguinis fieri non poteſt: & etiam tradere poſſumus inter ſignia iuris,nec imputatur nobis,ſi per poteſtatem vltra q̃ lex præcipit puniatur. ſ.de homi.tua.§. ad vltimum. & c.poſtulaſti.& vide quod no.s̃. eo.ſi verò ma
h leficium.Sed nunquĩd hoc priuilegium h retinet eccleſia interdicta? Non vr̃ ex quo ibi non celebrantur 12
diuina.ſ.e.eccleſiæ. nam & clericus quandiu interdictus eſt,vel ſuſpenſus,vel excommunicatus,beneficiũ non percipit.s̃. de appel.paſtoralis.in fi.& de ætat. & qualit.cùm bonæ.& de poſtul.prælat.c.j. & de ele..cùm in cunctis.§.clerici.& s̃.de conceſ.prẽb.quia diuerſitatem.ſ.de cle.excõ. mini.poſtulaſtis.nec habet exe-

cutionem officij.32.diſt. nullus.& c. f
præter hoc.s̃.de coha.cle.& mul.veſtra.& c.fi. j. de ſim. tanta.dic cõtranam & depoſitus characterem retinet,& qui in ipſum manus violentas iniicit,excõicatus eſt.81.diſ.dictum. h
ſm Goffr. hæc enim reuerentia Deo debetur,qui nec deliquit, nec eccleſia ſua:vnde & ſi ſine culpa ſua interficitur , eccleſia non eſt pp hoc violãda: nec enim debet ei duplex iniuria i
irrogari.ſufficit igitur quod illa die interdicto ſuſtinet:& ſicut vel in paucis amicorum,multò fortius inimicorum laborib.cõſulatur. C.de neg. K
geſ.tutori degradato. ẽt planum eſt ꝙ priuilegium rerinet,niſi reddatur incorrigibilis:ſed poſtea ſecus s̃. de iudic.cum non ab homine.† Quid ergo de excõicato.nam talis alium excõicare non poteſt.24.q.j.audiuimus.ergo non videtur,ꝙ ſi quis in ipſum manus violentas iniecerit,aliquem canonẽ incurrat:quia nil ad nos de his qui foris ſunt. ſ.de.diuort. gaudemus. & quia nõ excõicat, niſi monitus ſ.de ſent.excõ.ſacro.ergo quia incorrigibilis,& ſic amittit priuilegium. ſ.de ſen.excõ.contingit.in audientiã põt dici hoc verum eſſe,ſi ab homine excõicatur iuris ordine ſenato: ſecus ſi à canone,vel in vtroq; ex quo eſt in mora petendi abſolutionem.s̃.da conce.præb.quia diuerſitatẽ. ergo ſi per annũ ſtat.ſ de hæret.excõicamus. j.q.j. 11.q.3. rurſus. & c.quiſquis.Goffr.tñ ſequitur cõem opinionem magiſtrorũ. Quid ſi eccleſia non eſt conſecrata? i Rñdeo, i
nihilominus eſt priuilegiata.ſ eo.eccleſiæ.s̃.de cõſe. eccl.c.fi. Quid de oratoriis priuatorũ? k vr̃ ꝙ hãc im k
munitatẽ habere debent.arg.in auth.de eccl.tit. §.ſi quis in ſua domo.& §.ſi verò.col.9.s̃. de cenſ.c.fi.& đ conſe.di.1.vnicuiq;.& ca.ſeq.puto contra.ſm Goffre.
11 † Ruſtici ẽt eccleſiæ non põt rura deſerere , & ſe alibi transferre.ſ.e.c.3.qđ intelligas de aſtrictis glebæ. C. de agri.& cẽſi.cũ ſatis.lib.10.& in auth.de q̃ſtore col. 6.de Iudæis.multorũ.qđ dic,vt no.ſ.de nat.ex li.vẽr. Sed cum eccleſia ſaluet ad ſe cõfugientẽ , vt patet ex præmiſſis:quare non eſt idẽ in in corpore Chriſti. nã ſi iudicãdus ad mortẽ corpus Chriſti recipiat,nõ pp hoc liberatur:imò nihilominus ſuſpendiṫ, vel crema tur:licet illa die putẽ iuſtitiã differendã.& ſic intelli. 13.q.2.c.fi.ar.ff.de pẽn.ꝓgnantis. vel fortè trib.dieb. vel quatuor.ar.de cõſe.di.2.c.omnis homo.& c.trib. gradib. Et dñt quidã,ꝙ hæc eſt rõ p̃miſſi: quare quia cum eccleſia corporalis ſit. ſ.j.q.3. ſi quis obiecerit. põt ſaluare corpora, & pœnas corporales remittere. corpus verò dñi cib.eſt aiæ,non corporis.de conſ.di. 2.nõ iſte panis.& iõ animã tm̃ ſaluat,non corpus.Sed hæc rõ non vr̃ ſufficiẽs:qa eccleſia nõ ſolũ corpus ſaluat,ſed animã in corpore: & corpus Chri ẽt corpori humano,ꝓdeſt,dũ ipſum ab infirmitate alleuiat,ſicut & pœnitẽtia.ſ.de pœn.cũ infirmitas.Iõ dixit Hu.ꝙ hęc eſt rõ,qa eccl'ia ſic eſt priuilegiata:& nõ corpus Chriſti:& iõ hoc priuilegiũ ad ipſum non extendiṫ:ar.7.q. 1.petiſti.16.q.j.hinc eſt.† Sed quare magis hoc priuilegium conceditur eccleſiæ q̃ corpore Chriſti , cũ ſine cõparatione maius & dignius ſit corpus Chriſti,q̃ eccleſia? De his non teneor reddere rõnem,cũ ex voluntate ſola pendeãt:& in facto conſiſtant.nã ſępè hi qui minus ſeruiunt,& minus digni ſunt, melius remunerantẽ, & magis priuilegiantur, ſit pro rõne voluntas,

[f] Publicus latro.] Add de doctin. c. inter alia.de immun. eccl. [g] Si quis p̃ induſtriã occidit.] Adde ex. in c.1. de homic.d. [h] Sed nunqd hoc priuilegiũ.] Adde Archi.in c. frater noſter circa fi. 11.q.4. & per Archid.in c. vxor feliciſ. circa principiũ. 17.q.4. [i] Quid ſi eccleſia non eſt conſecrata.] Add de Ca. Zab.in c. inter alia.in 3.q.ult. [k] Quid de oratoriis priuatorũ.] Add. Ant.de But.in c.eccleſiæ. de immun. ecc.& Abb.in c.fi. de eccleſ.ædific.

l Corpus Christi deferẽti.] Adde quot ĩ ista materia sunt opiniones.

siue fortuna. Vel dicas q̃ ecclesia confugientẽ ad se, ideo seruat, & saluat: quia ex quo ad ipsam confugit, fugiẽdo factus est liber, & ad ipsam liber venit. & iõ benè est rõnabile, q̃ ecclesia ipsum tueatur in ea libertate, ĩ qua ipsum inuenit. Corpus verò Christi dat̃ iudicato ad mortẽ, & in captiuitate detẽto: iõ libertatẽ quã non inuenit, tueri nó põt, nec iustitiæ p̃sumitur velle p̃iudicare: quia iustus Dñs, & iustitias dilexit. reliquit ergo ipsam in captiuitatẽ dñi tpalis, in qua ipsum inuenit: sic nec ecclesia seruum ad eã cõfugientem à seruitute, in qua ipsum inuenit, nõ liberat: sed ipsum dño restituit: vt probãt iura inducta. s. e. ver. cùm quis ad ecclesiã. Quid si quis dum fugit ad ecclesiã, obuiauerit sacerdoti corpus Christi deferẽ-
l ti,[l] & ei adhæreat, nunquid ecclesia talem saluabit? Vtiq; q̃uis non sit expressum in iure, quilibet Catholicus hoc facere debet, sicut probat fides mulieris fluxũ sanguinis patientis, dicẽtis, Si tetigero tm̃ vestimentum eius, salua ero. ait Iesus, Confide filia, fides tua te saluã fecit: & salua facta & mulier ex illa hora. Matth. 9. circa mediũ. nã si statua præfecti saluat hominẽ. vt no. s. ver. immunitatẽ. & probat̃ Inst. de his qui sui vel alie. iur. sunt. §. sed hoc tpe. vbi statua & ecclesia æquiparant̃. & §. fi. multò fortius Corpus Christi, cũ sit maius & dignius, nec ei debeat res aliqua anteponi, vt 95 dist. ecce. j. q. j. multa. de cõs. di. 2. nil. nec obst. qđ dicit Hug. & innuit hoc esse priuilegiũ ecclesiæ, & iõ nõ esse extẽdendũ: hoc. n. fateor, q̃ priuilegiũ vnius ecclesiæ, vel vnius p̃sonæ ad aliũ priuatũ non extẽditur: qa nemo sibi dẽt hoc authoritate propria vsurpare: vt j. de priui. sanè. & sic intelligas iura q̃ Hug. inducta, porrò cũ supradictũ priuilegiũ ob honorẽ Dei, & reuerentiã ecclesiæ cõcedat̃: ex mẽte iuris est, vt vbi est maior rõ fortius extendat̃: & iõ vt priuilegiorũ & oĩum creaturarũ potius Dño, q̃ creaturæ in talib. deferat̃, sicut alias in priuilegio lex facit idem: vt Instit. qui mod. ius patriæ po. solui. §. filius. & in auth. constitutio quæ de digni. §. j. & §. pe. coll. 6. & 13. q. 3. ita diligere. odio sum enim priuilegiũ restringitur, sed fauorabile ampliatur. ff. de lib. & post. cùm quidam.

